# RECUEIL DES PIECES DONT IL EST PARLÉ DANS LA SUITE DE LA...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 I
4
13-19.6.10
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# RECUEIL
# DES PIECES

DONT IL EST PARLE' dans la Suite de la Relation des Déliberations de la Faculté de Theologie de Paris, en 1716. 1717. & 1718.

AU SUJET DES AFFAIRES qui ont rapport à la Conſtitution UNIGENITUS.

M. DCC. XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# RECUEIL DES PIECES

## DONT IL EST PARLE' DANS la Suite de la Relation des Délibera- tions de la Faculté de Theologie de Paris, en 1716. 1717. & 1718.

'Au ſujet des affaires qui ont rapport à la Conſtitution UNIGENITUS.

*Recueil des Pieces contenuës dans la premiere Partie.*

I.

Sanctiſſimi Domini noſtri Domini CLEMENTIS Divinâ Provi- dentiâ Papæ XI. Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis, ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Regni Galliarum datæ die 20. Novembris 1716. Pag. 4. I Partie

*Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.*

CLEMENS PAPA XI.

Venerabiles Fratres, Salutem & Apo- ſtolicam Benedictionem. Tertius jam annus præteriit, ex quo nos Paſtoralis, non minus muneris noſtri debito ad-



Digitized by Google

moniti, quàm crebris variorum Catholici orbis Antiſtitum, præſertim verò ex Fraternitatibus veſtris complurium precibus excitati: Quin etiam piis ac ſæpiùs repetitis Clari memoriæ Ludovici XIV. dum vixit Francorum Regis Chriſtianiſſimi votis, & officiis adducti, divino imprimis præſidio tam privatis quàm publicis obſecrationibus implorato, curaque omni, ſtudio, ac labore prout rei gravitas expoſcebat, diutiſſimo collatis, Apoſtolicam Conſtitutionem, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, adverſus librum Gallico idiomate jampridem editum ſub titulo, *Le Nouveau Teſtament en François, avec des Reflexions Morales ſur chaque Verſet, Abregé de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres Canoniques, & de l'Apocalypſe, ou Penſées Chrétiennes ſur le Texte des Livres, &c.* promulgavimus. In hac porrò Conſtitutione, ne pravus hic liber longè anteà à nobis damnatus ementitâ pietatis ſpecie fidelium ſimplicitati poſſet ampliùs illudere, quippe qui ſingula Novi Teſtamenti loca perluſtrans, ubique propemodum in hoc ipſo divinæ veritatis agro perverſas opiniones erroreſque diſpergit, excerptos ſingulatim ex eo prout tam Rex, quàm Antiſtites

tiſtites ſuprà dicti enixè à nobis poſtulaverant, noxios quoſdam articulos (quos magno quidem numero, non tamen omnes, ne res in immenſum creſceret, produximus) cenſuris variis quas reſpectivè, ut aiunt, hoc eſt ſinguli earum ſaltem aliquam merebantur, inuſtos uſitato hujus ſanctæ Sedis more proſcripſimus; ut ita vel ex ipſa errorum colluvie in propatulo poſita agnoſcerent omnes, quanto demum veneno ejuſmodi liber, tametſi dulcibus ſubdole illitus fucis, non modo conſperſus, ſed planè infectus eſſet, nec quiſquam deinceps quod fruſtra aliàs tentatum fuerit, eumdem ſatis emendatum fidelium manibus obſtrudere ſe poſſe confideret. Hanc ſiquidem unam eſſe ſedandarum iſtis turbarum rationem, nullumque aliud ad obſtruendum os loquentium iniqua, ac magis magiſque Chriſtianos populos erudiendos validiùs excogitari poſſe remedium, tùm iidem Antiſtites, tùm memoratus Rex identidem affirmaverunt. Nec ſanè exigua optatæ pacis ſpes affulſerat, cùm, ut benè noſtis, ſingulari ejuſdem Regis benevolentiâ, necnon multorum veſtri Ordinis, primum, qui Pariſiis tunc aderant, deinde etiam reliquorum, pauciſſimis duntaxat exceptis,

obſequio, bonorum omnium gaudio Conſtitutio præfata excepta fuerit. Quid enim, ut eos omnes probè agnoviſſe non dubitamus, universâ hac in re egimus, Venerabiles Fratres? Quid tot tantiſque laboribus, vigiliis ac ſtudiis curavimus, aut intendimus? niſi ut graviſſimos errores, qui dare in ruinam poterant plurimas Chriſti oves nobis cum reliquis omnibus, quotquot in mundo ſunt divinitùs creditas radicitùs convelleremus? Quid aliud re ipsâ præſtitimus, niſi ut perpetuis Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum exemplis inſiſteremus, & quâ illi ratione imprimis ad Majores veſtros inclytos illos Eccleſiarum Gallicanarum Præſules frequentibus Apoſtolicæ Sedis Decretis, atque Reſcriptis, ex eadem, & nos Beati Petri Cathedra traderemus & doceremus, atque uuiverſis Chriſti Fidelibus fidentiſſimè prædicaremus Doctrinam Catholicam, quam S. Romana Eccleſia, omnium Mater & Magiſtra, ſemper tenuit & docuit, atque integram adhuc intemeratamque cuſtodit. Verùm his omnibus abduci minimè potuerunt Novatores, hoc eſt, perpetui Eccleſiæ & publicæ tranquillitatis perturbatores, ut audaciam frangerent ſuam, Decretiſque noſtris acquieſcerent.

cerent. Cùm enim caligantibus oculis apertiſſimè veritatis lucem ferre non poſſent, nihil profectò intentatum reliquerunt, quo eidemmet Apoſtolicæ Conſtitutioni tenebras imò & venenum offunderent, minimè veriti inauditâ ac planè furioſâ temeritate adverſus illam irruere, Scriptiſque ac Libellis innumeris in vulgus diſperſis debitam obedientiam impudentiſſimè detrectare. Quo ſanè facto tanquam multâ febre phrenetici inſanientes in Medicum, eò magis univerſo Chriſtiano orbi demonſtrarunt quanta verè eſſet mali gravitas, adeoque & remedii à nobis præſtiti ſumma neceſſitas, quod ſive tanto ægrotantium ac morbi vi delirantium fremitu, dolore, & ejulatu adhiberi non potuit. In tanta porrò rerum perturbatione, graviſſimo, quem inde ſuſcepimus, dolori ſolatium attulit maximum eximia pietas, & vigilantia paſtoralis ſuprà centum ex vobis præclariſſimorum Antiſtitum, qui ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus, in vinculo pacis, atque Apoſtolicæ Sedi, unde vobis propitio Chriſto Religionis fons & origo manavit, indiſſolubili nexu obſtricti ſanam & orthodoxam Doctrinam in eadem noſtra Conſtitutione luculenter expreſſam debitâ ſubmiſſione amplexi

plexi fuerunt, non immemores, quòd Beatus Petrus in propria Sede vivit adhuc & præſidet in accepta fortitudine Petræ perſeverans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit, præſtatque quærentibus fidei veritatem, & quidem per hæc Epiſcopalis virtutis officia, omnis obmuteſceret iniquitas & fraterna veſtra concordia veluti caſtrorum acies ordinata, terribilis eſſet iis qui ex adverſo ſunt, niſi ex vobis pauci non ſatis attendentes, quàm bonum, & quàm jucundum ſit habitare fratres in unum, in aliorum ſollicitudinis conſortium venire ſeſeque Conſtitutioni noſtræ ſubmittere adhuc differrent Hæc enim tametſi pauciorum cunctatione, cœterorum tametſi plurimorum labor eluditur, dum iniquitatis filii illorum licet pauciorum authoritate, dignitate ac nominibus freti, ſecum eos ſentire audaciſſimè jactitant, atque omnia ſibi licere jam putant; hinc pernicioſis erroribus inficiuntur ſimpliciorum animi, præpoſteræ novitates inducuntur, odia diſſeminantur, Sacrorum Præpoſitorum contemptus populis inſpiratur, bonorum nomen calumniis & conviciis diſcerpitur, ac ipſamet vera & Catholica Religio, graviſſimum in diſcrimen abducitur. Quorum ſanè & ſimilium vos

de

de proximo teſtes eſtis, eademque plures ex vobis quominùs ſacerdotali conſtantiâ improbarent & redarguerent, nullis difficultatibus retardari potuerunt. Hinc pariter animos, audaciamque ſumpſerunt, degeneres illi celebris Facultatis Theologiæ Pariſienſis alumni, qui numero duntaxat & arrogantiâ invaleſcentes, quaſi eos puderet Apoſtolicis paruiſſe mandatis, ſibique fas eſſet Conſtitutionem noſtram arbitrio ſuo admittere vel rejicere, ad ea, quæ vobis nimiùm nota ſunt, devenerunt, quibus à veteri ſui cœtus in hanc ſanctam Sedem obſequio penitùs defeciſſe apertè demonſtrarunt. Hinc aliorum ex eodem cœtu Doctorum qui accepto à ſuis majoribus more, obſequii hujuſmodi conſtanti devotione conſtantes eſſe voluerunt, injuriæ & vexationes innumeræ. Hinc rerum ejuſdem Facultatis nomine nuper geſtarum tanta confuſio & turpis inconſtantia. Hinc rectæ ſanæque ſententiæ repudiatæ. Hinc falſorum damnatorumque dogmatum aſſertiones laudatæ. Hinc denique turbulentorum hominum intolerabilis procacitas, qui ſuæ conditionis obliti, levantes ſe ſuper ſe conatu nefario & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ prorsùs exitiali contra ipſos Eccleſiarum



Digitized by Google

cleſiarum Antiſtites inſurgere, & Sacroſanctam veſtram dignitatem exagitare, ac propemodum violare præſumpſerunt, non aliâ profecto ratione, niſi quia veſtrûm aliqui, quos ſatis laudare non poſſemus, probè ac ſapienter rati, fidei puritatem in periculum adductum iri, ſi Venerabilis Clerus à quo in reliquos Chriſti Fideles doctrina manare deb:t, illam modo è turbidis ejuſmodi Magiſtrorum fontibus hauriret, ne ſuarum Diœceſûm Clerici ad eos accederent providè interdixerunt. Ad quam ſanè temeritatem coërcendam vehementer, ut par erat, exarſimus, atque animo nobiſcum reputantes vindices nos, & aſſertores noſtræ æquè ac veſtræ dignitatis eſſe à Domino conſtitutos, non modo huic ſanctæ Sedi, imò & univerſæ Eccleſiæ ab hominibus prædictis illatas injurias ulciſci debere cognovimus, ſed & opprobria exprobrantium vobis cecidiſſe ſuper nos exiſtimavimus, eaque propterea decrevimus quæ in datis hac de re noſtris in ſimili forma Brevis videre poteritis, non dubitantes, quin ea vobis ſatis grata accidant, atque honorifica. Quoniam verò parvi refert mala germina recidere, niſi radicitùs evellantur, ut tot malorum fomitem extin-

extinguere ſatageremus, diſſidentes jamdudum ex vobis Epiſcopos ad optatam cum fratribus concordiam revocare, atque ad debitam Conſtitutioni noſtræ obedientiam allicere; omnibus hujuſque lenitatis ac patientiæ officiis, cæteriſque quotquot Chriſtiana & Pontificia charitas ſuggerebat, argumentis ſedulò ſtuduimus, ſed illis adhuc pacifica hæc conſilia reſpuentibus, impoſitâ nobis Apoſtolici miniſterii neceſſitate cogente, ita jam agere conſtituimus, ut quos hactenùs charitate emollire non potuimus, hos traditâ nobis à Domino poteſtate per diſciplinæ remedia excitemus. Cùm tamen valdè æquum nobis viſum fuerit, deliberationem hanc noſtram, cum omnibus qui in hac alma urbe ſunt, Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicare, ut in tanti momenti negotio eorum omnium conſiliis uteremur, iidem rogati ſuam nobis ſententiam aperire, omnes quidem propoſitum noſtrum, utpotè integrâ undequâque juſtitiâ ſubnexum agnoverunt, illorum tamen complures optare ſe dixerunt, & impensè deprecati ſunt, ut priuſquam ſuſceptum conſilium exequeremur, breves adhuc inducias concederemus, quibus interim Sacrum eorumdem

rumdem Cardinalium Collegium communes Litteras, conſilio, ſuaſionibus, precibus, omnique officiorum genere plenas ad ampliſſimi ſui cœtus ſpectabile membrum dare poſſet, iiſque lucrari contenderet fratrem ſuum : quo ſcilicet præeunte merito ſperandum eſſet alios quoque illi adhærentes Epiſcopos eamdem viam eſſe inituros. Quare nos tanti apud nos ponderis precationibus ſincerâ charitate fraternitatis expreſſis, tùm pro ipſorum deprecantium dignitate ac merito, tùm pro rei quæ petebatur æquitate annuendum eſſe exiſtimaverimus, eâ præſertim ſpe ducti, ut qui aliàs non minùs pietatis & prudentiæ quàm filialis in nos, & hanc ſanctam Sedem obſervantiæ luculenta præbuit argumenta, eadem & nunc diutiùs à nobis deſiderari minimè ſit paſſurus. Cæterùm ne paternæ charitati & ſollicitudini noſtræ per has ipſas inducias reliquum quidquam faciamus, neque enim niſi inviti, & in multa animæ noſtræ amaritudine, canonicæ diſtrictionis gladio manus admovebimus, Vos, Venerabiles Fratres, quotquot ſcilicet Conſtitutionem noſtram amplexi fuiſtis, ultrò requirimus ac in Domino rogamus, & obteſtamur, ut fraterni amoris ſtimulis incitati,

incitati, quod jam aliqui ſæpiùs feciſtis, iterum faciatis : hoc eſt diſſidentes Collegas veſtros noſtro etiam nomine conveniatis, atque omnibus eos ſacerdotalis zeli & benevolentiæ argumentis officiiſque ad noſtras potiùs quàm ad alienorum voces audiendas excitare, atque urgere non deſiſtatis. Ponite eis ob oculos quàm fœda ſit hujuſce diſſidii ſpecies, quantum inde Eccleſiæ malorum diſcrimen immineat, quantus bonis dolor, improbis lætitia proveniat ; heterodoxi verò quam audacter vocibus libelliſque ſibi hac de re gratulentur ac triumphent : facile ſiquidem illorum quiſquis perſuaſum habebit unum corpus ſi ſeparetur in partes ad omnes patere lacerationis injurias, & ex ſe peſtem pati internam, quando ſecum compago iſta confligit. Exponite illis quàm altas interim errores radices figant; quàm gravis Apoſtolicæ Sedi irrogetur injuria, cujus ſententia adhuc ducitur in ambiguum, quàm lata demum lugendo ſchiſmati aperiatur via, quî inconſutilis Chriſti tunica in Gallicana Eccleſia ſcindatur. Oſtendite eis quòd varietatem veritas (quæ eſt ſimplex atque una) non recipit, ut abjectis diſſenſionibus, ea tandem quæ pacis & unitatis ſunt ſincerâ charitate amplectantur : vobiſque

B hortan-

Digitized by Google

hortantibus intelligant ſupervacaneum ſeſe operam dare novis fidei ſuæ formulis compingendis, quibus adſtruant ſe benè ritéque de Religione ſentire. Quidquid enim in Conſtitutione noſtra definitum eſt, ſi iiſdem aut paribus verbis complecti velint, fruſtrà novas condent credendi formulas; ſi diverſis, ſuſpicionem movebunt, nec unquam ſe ſatis rectè loqui ac rectè credere comprobabunt. Eoſdem denique potiſſimùm admonete, ne de vana erga nos obſervantia ſibi blandiantur, dum à nobis poſtulant novas & prævias Conſtitutionis noſtræ declarationes, cui debitam interim obedientiam deferre detrectant: ſi verè itaque veritatem diligunt, ſi pacem quærunt, ſi humilitatem ſectantur, ſi charitate moventur, ita ſe gerant ut cedat fidei curioſitas, cedat gloria ſaluti; quæ enim patefacta ſunt quærere, ac de iis quæ definita ſunt, tractatum inire, quid aliud eſt quàm de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Illis propterea ſæpè aliàs ac modò rursùs denunciamus, veræ contumaciæ loco à nobis haberi hanc eorum agendi rationem, quâ ſanè ſi Epiſcopis ſingulis per univerſam Eccleſiam impunè liceret hujus ſanctæ Sedis Con-

V. l'Aſſemblée du 26. Sept.

ſtitutionibus

ſtitutionibus ſubjectionem protrahere, liceret autem, ſi hoc ipſum prædictis diſſidentibus Coepiſcopis permitteretur, nemo non videt quò tandem Eccleſiæ unitas eſſet dilapſura.

Poſtremò venire vos vehementer optamus, atque in Domino hortamur & obſecramus in alteram noſtræ ſollicitudinis partem, quà iteratis & ferè aſſiduis poſtulatis apud dilectiſſimum noſtrum Philippum, Ducem Aurelianenſem, iſtius Regni Rectorem, tum Romæ per dilectum filium noſtrum Joſephum S. R. E. Cardinalem de la Tremoille, tum Pariſiis per venerabilem Fratrem Cornelium Archiepiſcopum Carthaginenſem Nuntium illic noſtrum, inſtare hactenus non deſtitimus, ut qui inter cæteros Regiorum ponderum curas conſervandæ quoque ſacerdotali charitati rectitudine ſtudii ſpiritalis invigilat, piè veraciterque conſiderans pacem Reipublicæ, ex Eccleſiæ pace pendere pro ſingulari, quo flagrat ardore, ac ſtabiliendæ concordiæ deſiderio, ſuam hac in re ferat opem, ac profligandis hiſce turbis, promovendiſque renitentium animis ſe nobiſcum conſociet. Veſtram itaque operam in hoc pariter advocamus, quâ preces, ſuaſiones, obteſtationes, atque omnis generis officia apud

B 2 eumdem

eumdem Principem impensè demiſſèque adhibeatis, ut priuſquam exitiale hoc bellum intra Eccleſiam vehementiùs concaleſcat redintegrandæ unitatis copiam, Deo auxiliante, concedat, ſciens Regni iſtius felicitati profuturum quidquid Catholicæ paci benignâ ipſius fuerit diſpenſatione collatum. Nec ſanè dubitamus, quin pro eximiâ, quâ pollet, prudentiâ, videat quorſum tandem evaſura ſit hæc non jam opinionum diſſenſio; ſed in rebus fidei pertinax pugna, quantumque in diſcrimen adductura ſit iſtic Eccleſiæ & Reipublicæ tranquillitatem, niſi quantociùs extinguatur, præſertim cùm ipſum latere nequeat bonos omnes ſummopere vereri, ne dum à privatis Preſbyteris ordo veſter tam impudenter contemnitur, ac improborum artibus cultus, & veneratio Chriſti fidelium erga Beati Petri Cathedram adeò in dies imminuitur, hæretica lues quâ aliàs è Galliis feliciter ejectâ noviſſimè defunctus Rex Chriſtianiſſimus partam ſibi tot aliis nominibus gloriam nunquam interiturâ laude cumulavit, veluti fractis aggeribus in florentiſſimum iſtud Regnum iterum irrumpat, ac divina & humana omnia perturbet ac miſceat. Induite ergo vos, venerabiles Fratres, armaturam zeli, & tanquam Deo exhor-

tante

tante per Nos, ſtrenuè in unitate ſpiritus communem noſtram, imò veriùs Dei cauſam agamus: Neque enim fas eſt in tanto Dominici gregis diſcrimine ſilere Paſtores. Cùm verò ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe agnoſcamus, effundamus primùm coram illo corda noſtra jugibus lachrymis & precationibus clamantes, ut reſpiciens de cœlo, & viſitans vineas iſtas, ſuperſeminata ibi diſſidiorum zizania penitùs evellat, detque voci veſtræ vocem virtutis, renitentes autem Fratres ſpiritûs ſui dulcedine profuſos ad concordiam flectat, atque ad obedientiam abducat in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, ut omni denique contentione & æmulatione ſubmotâ, idipſum dicamus omnes, nec ulla ſint ſenſuum diſputationumque certamina; ſed uno ore honorificemus Deum, à quo gratiæ vobis & pacis & gaudii ſpiritalis aſſidua implorantes chariſmata Fraternitatibus veſtris intimo paterni cordis noſtri affectu Apoſtolicam benedictionem impertimur.

Volumus autem ut præſentium litterarum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſùs fides adhibeatur quæ ipſis

originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Novembris 1716. Pontificatûs noſtri anno decimo ſeptimo.

JOANNES CHRISTOPHORUS, Archiepiſcop. Amaſ.

## II.

Page 4. I. Part. Sanctiſſimi D. noſtri Domini CLEMENTIS Divinâ Providentiâ Papæ XI. Suſpenſio * Privilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum Facultati Sacræ Theologiæ Pariſienſis ad Sanctitatis ſuæ & ejuſdem Sedis beneplacitum.

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram Rei memoriam.*

Circumſpectâ Romanorum Pontificum providentiâ è ſublimi univerſæ Domûs Dei ſpecula longè latèque proſpiciens quantam Catholicæ Eccleſiæ utilitatem atque

*Tous les Decrets qui viennent de Rome, n'ont aucune autorité en France, avant que le Roi en ait ordonné la publication par des Lettres Patentes enregiſtrées au Parlement.

atque ornamentum offerant ſacrarum eiſque ancillantium bonarum Litterarum ſtudia, per quæ depulſâ ignorantiæ caligine, hominum mentes luce veritatis illuſtrantur, ut ad ea Chriſti Fideles vehementiùs incenderet adjuvaretque, Scholas pluribus in locis inſtituere, doctorum hominum Collegia excitare, necnon Studiorum generalium Univerſitates erigere cùm conſueverit, ubi ſana fidei doctrina, optimiſque morum præceptis atque inſtitutis imbuendæ juventuti daretur opera : Simul verò contra deterrima hæreſum monſtra, veluti armamentaria conſtituerentur, unde Epiſcopi qui in partem paſtoralis ſollicitudinis vocati ſunt ad ſuos greges tuendos arma capere atque expedire facilè poſſent. Ubi verò ſaluberrima hæc laudabilium diſciplinarum Gymnaſia, vel eorumdem Epiſcoporum curâ, vel Principum liberalitate, vel etiam privatorum largitorum beneficentiâ condita fuiſſe cognovit, novis ea proventibus auxit, gratiis & privilegiis decoravit, aliiſque Apoſtolicæ benignitatis muneribus, prout Domino cenſuit proſecuta eſt. Hinc plures ea iiſdem Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quibus compertum erat celeberrimam Univerſitatem

verſitatem Studii generalis Pariſienſis, in eaque præcipuè Sacræ Theologiæ Facultatem adeo in dies magis florere præſtanti ingenio eximiâque doctrinâ viris, ut ad eos audiendos à remotiſſimis etiam regionibus ingens undique diſcipulorum multitudo confluerct : tanto quoque erga Sedem Apoſtolicam cultu & veneratione commendari, ut hoc potiſſimùm nomine excellere gloriaretur, eam maximis hiſce virtutum laudibus ornatam in ſuam, & beati Petri peculiarem clientelam ſuſceperunt; datis ac ſæpiùs confirmatis immunitatibus & exemptionibus ab alia quacumque Eccleſiaſticâ Juriſdictione liberam eſſe voluerunt, aliiſque inſuper quàm plurimis gratiis ac favoribus cumularunt quemadmodum ex pluries editis, innovatiſque à multis retrò ſæculis ea de re Apoſtolicis Litteris apertè dignoſcitur. Quin etiam haud ſemel Facultatem eamdem variis ærumnarum acerbitatibus moleſtiiſque conflictatam in hujus omnium Fidelium Matris Eccleſiæ ſinum confugientem ejuſque præſidium humiliter implorantem patrocinio munire necnon paternâ ſalutarique ſeveritate in eos qui malum eidem parerent animadvertere conſueverat : hæc dum nobiſcum animo reputamus

eo

ſo graviori ictu perculſi ſumus cum frequentibus Litteris & famâ ubique gentium cum incredibili gentium ſcandalo diffuſa ad Apoſtolatûs noſtri notitiam pervenit, quod poſtquam aliàs, videlicet menſe Martio anni 1714. in lucem prodierat Decretum * quoddam nomine dictæ Facultatis promulgatum, ac publicis Litteris conſignatum, per quod teſtatum omnibus fiebat eandem Facultatem die 5. ejuſdem menſis Martii Conſtitutionem noſtram quæ incipit *Unigenitus Dei Filius, &c.* anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, VI. Idûs Septembris à nobis editam ſumma cum reverentia atque obſequio recepiſſe ac in ſuas tabulas referri juſſiſſe, ut ab omnibus & ſingulis Magiſtris, Doctoribus, Baccalaureis & Candidatis ſuis pari obſequio coleretur & obſervaretur, non ita pridem nonnulli prædictæ Facultatis Doctores majorem forſan, ſed certè minimè ſaniorem ſui cœtus partem conſtituentes, non minùs antiquæ ejuſdem gloriæ, perpetuæque in hanc S. Sedem obſervantiæ quàm inſignium ab ea ipſi Univerſitati collatorum Beneficiorum ac Privilegiorum immemores, quin imò ipſius ſui Doctoratûs gradus, quo Apoſto-

* Il eſt notoire depuis long-tems que ce Decret eſt faux & ſuppoſé.

8 Septembre.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Apoſtolicâ autoritate donati fuerunt prorsùs obliti: nullâ Eccleſiaſticarum pœnarum formidine, nullâ famæ reverentiâ, nullâ demùm illius jurisjurandi * quo in conſortium dictæ Facultatis cooptati, initio omnium actuum ſe nihil unquam dicturos ſcripturoſve quod Pontificiis Decretis repugnaret, diſertè ſpoponderunt, Religione commoti: fruſtrà reclamantibus aliis bonam cauſam tuentibus, eo impudentiæ proceſſerunt, ut Decretum ſuprà dictum, falſum, adulterinum, commentitium atque ex ipſius Facultatis commentariis eradendum eſſe declaraverint, non obſcurè ſic agendo oſtendentes, aut debitam memoratæ Conſtitutioni noſtræ obedientiam præſtare contumaciter nolle, quippè quam ſe nunquam præſtitiſſe acerrimè contenderunt, aut veriùs ab ea, quam pro muneris ſui debito præſtiterunt, turpiter deſciviſſe utcumque verò ſe res habuerit ſemper à Majorum ſuorum quos Religionis non minùs quàm ſapientiæ claritas commendaverit veſtigiis aberraſſe, qui videlicet ab ipſius Scholæ Pariſienſis exordiis Apoſtolicæ Sedis leges accipere, ſuarum confirmationem expectare, oracula petere, judicia ſubire, Decretis obtemperare, pœnas

* Ce ſerment a toûjours été entendu des Decrets des Papes reçûs par l'Egliſe, & c'eſt l'interpretation que la Faculté elle-même en a donnée autrefois,

enas exequi, ſanctionibus acquieſcere,
rbis factiſque toties profeſſi ſunt,
aximoque ſibi honori inconcuſſâ de-
otione duxerunt, prout ex ipſius Uni-
rſitatis tabulis & publicis etiam do-
ımentis conſtare notum eſt. Ad hæc
ıquieti homines præfati minimè veriti
nt, tùm privatis collocutionibus, tùm
ıblicis etiam, toto ſuorum adſtante
onventu, habitis Sermonibus, mo-
rno præſertim Syndico viam aberran-
um præeunte prædictam Conſtitutio-
em noſtram multiformiter impetere
que proſcindere. Necnon Clariſſimos
ollegas ſuos à veritatis ſemitâ non re-
edentes, adeòque ab eis diſſentientes,
uos non paucos divina Providentia ad
proborum contumeliam ſervare voluit,
lurimùm divexare proindè ac ſi morem
poſtolicæ Sedi gerendo gravi aliquo ſe
rimine commaculaſſent, præterea non-
ullorum Venerabilium Fratrum Galliæ
piſcoporum Decreta, quibus à per-
erſa ejuſmodi ipſorum agendi ratione
ſe abhorrere palam edixerunt, abju-
icare & deſpicere, quin etiam publice
npugnare non erubuerunt, quod ubi-
ue, ingenti animum noſtrum mœrore
onfodit, quippe qui in ſummo Epiſ-
opatûs vertice à Domino conſtituti,
piſcopalem imprimis autoritatem dig-
nita-

nitatemque deffendere omninò tenemur, idque maximè Eccleſiæ Dei, maximè etiam Religionis interſit. Multa hæc & tam gravia mala cum jamdiù invaluerunt, Nos tamen, ut amantiſſimus Pater, quem delirantium filiorum miſeret, in patientia & longanimitate diutiùs quoad fieri potuit expectandum exiſtimavimus, an fortè filii iſti deſertores conſcientiâ commiſſi ſceleris aut ſaltem verecundiâ revocarentur. Verùm cùm videamus lenitate noſtrâ morbum quotidiè magis magiſque ingraveſcere, ne pœnas à nobis neglectæ curationis repetat ſupremus Eccleſiæ Author ac vindex, ſalubri aliquo canonicæ ſeveritatis remedio, vulnus illud tractandum ſuſcepimus, ut, quod planè cupimus, cicatricem ducat, & prævaricatores revertantur ad cor, parati profectò, ſi ſecùs accidat, quod abſit, ulciſci omnem inobedientiam, & juxta traditam nobis à Domino poteſtatem ad ulteriora procedere. Specialem itaque curam ejuſdem Pariſienſis Scholæ ſub immediata B. Petri protectione à tot ſæculis, ut præfertur, ſuſceptæ nobis & eidem Apoſtolicæ Sedi retinentes (neque enim boni Paſtoris eſt infimas oves deſerere, ſed vigilantiùs cuſtodire) ut illius bono & utilitati ſalubriùs & efficaciùs

caciùs conſulamus, ſimulque animo reputantes reliquas omnes gratias quibus ipſa Sacræ Theologiæ Facultas à Sede prædictâ cumulatiſſimè ornata fuit, ob tot ac tanta, ut præfertur, in ea perperam geſta jam non in fidei favorem, Eccleſiæ decus, Epiſcoporum adjumentum, fideliumque ædificationem, ut mens profectò concedentium fuerat, ſed in errorum potius fomentum, memoratæ Sedis injuriam, atque Epiſcopalis dignitatis imminutionem fore ceſſuras, omnium & ſingulorum Privilegiorum, facultatum, gratiarum, & indultorum dictæ Facultati Theologicæ Pariſienſi à quibuſcumque Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſorum, Litterarumque Apoſtolicarum tum ſub plumbo, quam in ſimili forma brevis ab eis deſuper emanatarum tenores & datas etiam veriores, aliaque omnia & ſingula, etiam ſpecificam & individuam mentionem & expreſſionem requirentia; præſentibus pro plenè & ſufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſertis & expreſſis, ac ſpecificatis habentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper hac re ſpecialiter à nobis deputatorum conſilio, omnia, & ſingula privilegia (Præf to

immediatæ ſubjectionis huic Sanctæ Sedi dumtaxat excepto ) immunitates, libertates, prærogativas, facultates, indulgentias, gratias & indulta quæcumque, ſive à nobis, ſive à quibuſcumque Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris prædictæ Facultati Theologicæ Pariſienſi, ſive ejus Doctoribus, Magiſtris, Decano, Syndico, aliis-ve Miniſtris, Officialibus & perſonis quibuſcumque, tam conjunctim, quàm diviſim, quandocumque, quomodocumque, & quâcunque cauſâ conceſſa, ac etiam pluries confirmata & innovata, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, ad noſtrum & dictæ Sedis beneplacitum ſuſpendimus, ac ſuſpenſa eſſe & fore decernimus & declaramus. Neminem propterea in poſterum, ejuſmodi ſuſpenſione durante, ad Magiſterii, ſeu Doctoratûs, Licentiæ, Baccalaureatûs, ſeu quemvis alium gradum in eadem Facultate per Cancellarium ſupradictæ Univerſitatis *, ſive alium ipſius Facultatis Miniſtrum ſeu Officialem quemcumque, promoveri, eidemque Facultati aggregari nullomodo poſſe; nec ita

* On a fait ſi peu de cas de cette ſuſpenſe, que les choſes vont toûjours leur train, & on reçoit les Degrés comme auparavant.

ita fortè promotum ſeu aggregatum à nobis & Sede prædicta ejuſve Officialibus & Miniſtris, aut à quovis alio Prælato Eccleſiaſtico Seculari vel Regulari, eorumve pariter Officialibus & Miniſtris ubique gentium exiſtentibus nullo modo admitti debere, neque demum Præfatorum graduum vigore ad quaſvis Eccleſias, Dignitates, Beneficia, aliaque munera Eccleſiaſtica gradus hujuſmodi requirentia, idoneum cenſeri, aut ad illa recipi quoquo modo poſſe auctoritate & tenore prædictis ſimiliter declaramus. Cæterum, quia Romani Pontificis bonique ſupremi aſſertoris eſt juſtitiæ limites non prætergredi, ne videamur virgam peccatorum relinquere ſuper ſortem juſtorum, Magiſtros omnes Doctores Baccalaureos, alioſque quocunque nomine nuncupatos ſupradictæ Facultatis alumnos, qui prædictæ Conſtitutioni noſtræ debitam obedientiam præſtiterunt, aut in futurum præſtiterint præſenti gratiarum & privilegiorum ſuſpenſione minimè affici volumus, perindè ac ſi quoad illos eædem præſentes Litteræ prorſus non emanaſſent, quin imò eoſdem, ut veros obedientiæ filios ac Germanos egregiæ Facultatis alumnos paternæ charitatis ſinu complectentes, hortamur in Domino, ut

Apoſtolicum illud ſedulò cogitantes : 1. Pet 3. v 14 *Si quid patimini propter juſtitiam*, beati : in ſuſcepto tuendæ ſanæ Doctrinæ propoſito glorioſâ ſtabilitate perſeverent, quodque verè Doctoris Chriſtiani eſt, eos qui contradicunt, arguere pro traditâ ſibi à Domino ſapientiâ, non vereantur, certi divinam ſibi retributionem atque hujus ſanctæ Sedis protectionem & gratiam minimè defuturam; decernentes pariter ipſas præſentes Litteras firmas, validas & efficaces existere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere ab illis, ad quos quovis modo ſpectat & ſpectabit in futurum, in omnibus & per omnia inviolabiliter & inconcuſsè obſervari, ſicque per quoſcumque judices ordinarios & delegatos ubique judicari & definiri debere, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ac irritum & inane eſſe ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Volumus autem ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis,

& ſigillo perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis Originalibus Litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Novembris 1716. Pontificatûs noſtri anno 16.

F. Card. OLIVERIUS.

III.

*Premiere Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques.* Page 5. I. Part.

MONSEIGNEUR,

Son Alteſſe Royale Monſeigneur le Duc Regent, nous a donné ordre de vous informer, qu'il a reçû avis qu'il eſt arrivé en France un Bref de N. S. P. le Pape, adreſſé aux Evêques de France. Il nous a commandé en même tems de vous marquer expreſſément que ſon intention eſt que vous ayïez à ne point recevoir abſolument ledit Bref, juſqu'à ce qu'il vous ait donné ſur cela ſes ordres. Nous ſommes avec reſpect, &c.

*Signé*, L'Abbé DE MAUPEOU.

*A Paris, ce 9. Decembre 1716.*

## I V.

P. 5. I. Part. *Autre Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques.*

MONSEIGNEUR,

Monſeigneur le Duc d'Orleans nous ayant fait avertir d'aller recevoir ſes ordres, nous nous ſommes rendus aujourd'hui au Palais Royal, & S. A. R. nous a fait l'honneur de nous dire, que quoiqu'Elle vous croye trop inſtruits des regles de l'ordre public obſervé dans ce Royaume, pour avoir beſoin d'être avertis qu'il n'eſt permis à aucun Evêque, ni autre Sujet du Roy, d'avoir aucun commerce avec les Puiſſances Etrangeres, ou avec leurs Miniſtres, & de recevoir aucun Bref du Pape ſans l'agrément & la permiſſion de S. M. Cependant S. A. R. étant informée que le bruit s'eſt répandu depuis quelques jours, qu'il alloit paroître un Bref adreſſé par le Pape aux Prélats de ce Royaume, Elle nous ordonnoit de vous faire ſçavoir que ſon intention eſt, que les anciennes Maximes du Royaume ſur une matiére ſi importante, ſoient invio-

lablement

blement obſervées pendant ſa Regen-
e, comme elles l'ont été par le paſſé;
u'ainſi, vous ne receviez aucun Bref
u Pape ſans la permiſſion expreſſe de
. A. R. & qu'en cas qu'il vous en
ût adreſſé par la Poſte, ou par une
utre voye, que vous n'auriez pû pré-
oir ni prévenir, vous ayiez en ce cas
l'envoyer à S. A. R. auſſi-tôt que
vous l'aurez reçû, ſans en laiſſer pren-
dre de Copie, & ſans le communiquer
à perſonne, pour attendre enſuite les
ordres que Monſeigneur le Duc d'Or-
léans jugera à propos de vous donner
à cet égard. S. A. R. a ajoûté, qu'Elle
ne doutoit pas que vous ne reçûſſiez cet
ordre avec autant de reſpect pour l'au-
torité du Roy, que de zéle pour la con-
ſervation des Maximes de ſon Royau-
me. Nous ſommes avec reſpect, &c.

*Signé*, L'Abbé DE MAUPEOU.

*A Paris, le 12. Decembre* 1716.

Digitized by Google

## V.

P. 6. I. Part.

### *Lettre de trois Cardinaux Chefs d'Ordre, à M. le Cardinal de Noailles.*

Miſeratione Divinâ Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi S. R. Eccleſiæ Cardinales.

Reverendiſſime in Chriſto Pater & Domine Frater & Collega noſter chariſſime, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

Ubi primum Sanctiſſimus Dominus noſter integram cauſæ ſeriem, quæ ad noviſſimam Sanctitatis ſuæ Conſtitutionem, cujus initium eſt *Unigenitus Dei Filius*, jam ante tres annos editam, pertinet, nobis in generali cœtu congregatis aperire dignatus fuit, ac dolenda illa omnia quæ ex diuturna nimis illorum Epiſcoporum qui iſtic eamdem Conſtitutionem, eâ quâ par eſt ſubmiſſione nondum ſuſceperunt, cunctatione provenerunt & in dies perveniunt, luculenter enarravit; quamvis hæc ipsâ jampridem multorum litteris & ſermone, imò etiam famâ ipsâ nunciante

ciante nobis innotuiſſent, magno tamen cum dolore, uberiorem illorum explicationem à Sanctitate ſuâ nobis factam accepimus. Cùm verò inſuper ut in præſentibus hiſce tam gravibus imò & futuris forſan gravioribus malis opportunè occurratur, ea jam à Sanctitate ſua remedia decerni inaudivimus, quæ etiam Dominationem tuam reverendiſſimam unicuique noſtrûm non minùs charitate quàm gradu conjunctiſſimam afficerent, niſi poſt habitis rejectiſque iis quibus detinetur difficultatibus quantociùs præfatæ Conſtitutioni ſe ſubmitteret, adeo perturbati fuimus, ut mœrorem animis noſtris conceptum nulla lenire ratione potuerimus. Quapropter, re maturè perpensâ, noſtrarum partium eſſe duximus enixè clementiſſimum Pontificem deprecari, ut pauliſper Decretis ſuperſedere vellet, iiſque interim fraternæ charitatis officiis nos fungi permitteret: quæ conſtans noſtra erga te benevolentia, Eccleſiæ pax, regni iſtius ſalus jure ac meritò à nobis depoſcere videbantur. In magnam porrò ſpem erigebamur Dominationem tuam reverendiſſimam pro ſingulari ſuo in Sacrum noſtrum Collegium ſtudio, tùm benignè exceptu- ram eſſe ſolida hæc ingenui amoris noſtri

ſtri argumenta : tùm etiam impensè curaturam ut Christiana Reſpublica optatiſſimum illud quo jam diu præſtolatur gaudium, velut uberrimum harum noſtrarum fructum perciperet. Petitam moram non extorſimus, ſed illam facilè Sanctiſſimus Pater indulſit, cui nimirum nihil magis cordi eſt quàm ut in ejus paternum complexum quàm celerrimè venire contendas. Quin imò propoſitum noſtrum plurimum commendavit non exiguâ ſpe fretus quòd Dominatio tua reverendiſſima, quæ aliàs ſui in Apoſtolicam Sedem obſequii egregia edidit monumenta, nunc pariter officiis noſtris adducta memoratam Conſtitutionem abſque ulteriori mora ad ſinceræ, integræ, promptæque obedientiæ noſtræ normam complexura ſit. Nos verò te in hanc nobiſcum eò certiùs deducendum eſſe confidimus, quod per hæc tempora à factioſis hominibus lapis omnis movetur ut propè divulſus ac penitùs diviſus ab illo peculiari nexu videaris, quo nos invicem colligamur, & univerſus ordo noſter Summo Pontifici, tamquam ſupremo Catholicæ Eccleſiæ Capiti, arctiſſimè conjungitur; licet enim nos minimè lateat fallaces iſtas & inſidioſas artes ab illis adhiberi, ut tui nominis amplitudine

dine ſplendidum pravæ doctrinæ patrocinium comparent, eamque populis hoc veluti lenocinio faciliùs ingerant; non tamen illata tibi injuria exinde minuitur, ſed maximè augetur; improbi ſiquidem homines iſti tantæ calumniæ occaſionem forſan nacti ſunt ab illa animi levitate, quâ, ut illis omne perfugium eriperes, vanis caviliationibus eludendæ Conſtitutionis opportunum judicaſti ab illius promulgatione abſtinere, donec Sanctitas tua, ſedan:is ut ferebatur, jam commotis ea ſuper re in Gallia turbis, neceſſaria remedia ſuppeditaret. Hinc enim factum eſt ut palam fidenterque jactarent Dominationem tuam reverendiſſimam eiſdem, ac illi prohibentur, rationibus à ſuſcipienda Conſtitutione deterreri: tuam proinde ac illorum hac in re promiſcuè cauſam agi: eoſque à te probari ab aperto Conſtitutionis hujuſmodi tenore alieniſſimos ſenſus quos ei falsò non minùs quàm impudenter conantur affingere, perinde ac ſi nimirum Conſtitutio ipſa, quæ in iis quas improbat propoſitionibus aut pridem damnatos, aut novè inventos errores continere diſertè edicit, ea inſuper perſtringeret, quæ nec nova ſunt, nec aliàs umquam damnata fuere; ita ſcilicet mentiri libuit per-

perditionis filiis, ut per ſummam calumniam effutire etiam poſſent eâdem Conſtitutione præcipuam eamque laudabilem Eccleſiaſticæ diſciplinæ vim infringi : ſolidiora Chriſtianæ illius inſtitutionis quæ de moribus eſt, fundamenta ſubverti : imò, quod horremus referre, ipſamet etiam orthodoxæ fidei dogmata labefactari. Verùm cùm præteritarum rerum memoriâ doceamur, idcircò Romanam Beati Petri Apoſtolorum Principis Cathedram ſæpè malorum hominum conatibus impeti, ut bonorum fides atque conſtantia magis eluceat; omninò perſuaſum habemus fore ut quemadmodum retroactis temporibus in ſimilibus Eccleſiæ perturbationibus ſapientiſſimus quiſque ne à recta veritatis ſemita deflecteret, Apoſtolicæ Sedi firmiùs adhæſit : ita Dominatio tua reverendiſſima pro ſua ſapientia & pietate hìs in Eccleſia exortis diſſidiis, tenaciùs eidem ſanctæ Sedi obſtringenda ſit, ſicque fiet, ut hæc procella non ad obſcurandam, ſed ad magis illuſtrandam fidem gloriamque ſuam excitata eſſe videatur. Si qua igitur conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus ſperari poteſt : impleat Dominatio tua reverendiſſima gaudium noſtrum,

ut

Digitized by Google

ut idem ſapiamus unanimes, nec diutiùs à nobis ut aliis per Galliam confratribus ſuis Epiſcopis cæteriſque per univerſam Eccleſiam Antiſtitibus diſſentiat. Quid enim ad frangendam rebellium contumaciam, qui magis ipſâ durantur indulgentiâ, ſupereſt? niſi ut Paſtores ipſi inexpugnabilem illam & inconcuſſam concordiam in qua fidei noſtræ ſtabilitas tota conſiſtit, perpetuâ firmitate ſervantes prompto ac ſincero erga Apoſtolicum Decretum obſequio facem præferant, ac reluctantes ſubditos conſueto Sacrorum Canonum rigore compellant. Teipſum hac in re conſulas, Frater & Collega noſter chariſſime, qui tuis olim ad Sanctitatem tuam datis Litteris (quarum nos nonniſi ſingulari cum voluptate maximaque tui gloria reminiſcimur) nihil tibi optatiùs eſſe apertè profeſſus fuiſti, quàm ut Coepiſcopis tuis ac Catholicis omnibus fidei & obſervantiæ in Apoſtolicam Sedem non modò ſocius eſſes, ſed præeſſes & præires. Nonne experientiâ ſuâ novit Dominatio tua Reverendiſſima quoties ita ſe geſſit traditamque à Majoribus noſtris viam retinuit, toties uberrimam ſuæ pietati laudem comparaſſe & factioſos homines obmutuiſſe? Incertum igitur diu

# VI.

P. 181 & 218. I. Part. *Lettre de M. le Premier Preſident du Parlement d'Aix à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris.*

J'ai reçû, Monſieur, la Lettre *a* que vous m'avez fait l'honneur de m'écrire, & dont je dois avoir d'autant plus de reconnoiſſance, que j'ai moins merité *b* les remercimens qu'il vous plaît me faire de la part d'un Corps auſſi illuſtre que celui au nom duquel vous parlez. Sa réputation eſt ſi ſolidement établie, & depuis tant de ſiécles, que qui

*a* M. Ravechet avoit écrit à M. le Premier Preſident d'Aix, par ordre de la Faculté, pour lui faire de trés-humbles remercimens des marques de protection qu'il venoit de donner contre le Mandement de M. de Toulon par l'Arrêt du Parlement d'Aix du 25. Mai 1716 & de la part qu'il y avoit eu, comme l'ame de cet illuſtre Corps. La Lettre finit par un compliment ſur ſa qualité d'Intendant de la Province, par laquelle il l'appelle le Pere du Peuple. (M. le Premier Preſident eſt auſſi Intendant de la Province.)

*b* C'étoit M. le Preſident de Maliverny, qui, en l'abſence de M. le Premier Preſident, avoit preſidé à tous les Arrêts rendus à l'occaſion des Mandemens de Toulon, de Marſeille, &c.

Digitized by Google

qui voudroit tenter d'y donner atteinte, perdroit, ſans doute, la ſienne*. Je vous ſupplie d'être perſuadé, Monſieur, de la conſideration infinie avec laquelle je ſuis,

MONSIEUR,

Vôtre tres humble & tres-obéïſſant Serviteur,

LE BRET.

*A Aix, le 8. Juillet 1716.*

## VII.

## *Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M. de Gaufridy, Avocat General au Parlement d'Aix.*

P 18
& 2
I. Par

*Du 3. Juin 1716.*

J'ai l'honneur de vous écrire de la part de la Faculté, pour vous faire de tres-

* C'eſt ainſi qu'un Premier Preſident d'un des pl conſiderables Parlemens du Royaume, réfute en p de paroles toutes les injures & calomnies groſſier dont des Auteurs de Tocſins, de Libelles flétris & de Mandemens de quelques Evêques ont oſé cha ger la Faculté de Théologie de Paris.

trés-humbles remercimens au ſujet de vôtre Plaidoyer. La lecture en a été faite dans une Aſſemblée generale, & il y a été admiré comme un des plus beaux diſcours & des plus accomplis qui ayent paru depuis long tems.

La défenſe que vous prenez par tout de nôtre conduite, & le magnifique éloge que vous faites de nôtre Corps, nous penetrent ſi vivement, que je n'ay point d'expreſſions pour vous marquer tout ce que nous ſentons. Nous le conſervons encore plus dans nos cœurs & dans nos memoires que dans nos Archives, où nous le mettrons au rang des plus précieux de nos Titres. Les grandes Maximes touchant les Droits du Royaume, & les Libertez de l'Egliſe Gallicane que vous ſoûtenez ſi puiſſamment, ſeront toûjours nos maximes, & à l'exemple de nos Predeceſſeurs nous les défendrons auſſi toûjours avec une fidelité & un zéle inviolables. L'eſprit d'union & de paix que vous regardez avec tant de juſtice, comme le plus grand bien de l'Etat, ſera toûjours nôtre eſprit, & rien ne ſera capable de nous le faire abandonner.

C'eſt Monſieur, par ces endroits eſſentiels, plus que par tout autre, que nous ſommes sûrs de mériter de plus en plus

plus l'eſtime & la protection du célébre Parlement, où vous rempliſſez avec tant de diſtinction, le rang conſiderable que vous y tenez.

J'ay l'honneur de profiter de cette heureuſe occaſion pour me dire avec un profond reſpect,

MONSIEUR,

Vôtre trés humble & trés-obéïſſant Serviteur, RAVECHET, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris.

M. Ravechet a encore écrit une autre Lettre à M. de Gaufridy, où il rend compte de ce qu'on a fait en Faculté contre les Mandemens de Toulon, &c. & des reſolutions priſes, à MM. du Parlement d'Aix, & à lui en particulier.

Il y marque auſſi ce qu'il a dit contre le Mandement de Toulon & d'Apt, qu'il dit être plus outrageant que celui de Toulon, & une Piéce qui eſt ſans ſuite & ſans jugement. Il dit qu'il s'eſt contenté d'en relever tout le ridicule, & de tâcher de perſuader que la Faculté ne devoit faire autre choſe que de l'abandonner au mépris du Public.

Il

Il y remarque que ce n'eſt pas la premiere fois que les reſolutions de la Faculté ont été appuyées par des Arrêts du Parlement de Provence, & qu'il ſe ſouvient qu'elle agiſſoit comme de concert, & en ſuivant le même eſprit & le même attachement aux Libertez de l'Egliſe Gallicane, lorſqu'il s'agiſſoit de maintenir la Pragmatique Sanction. (On a expliqué ce que c'eſt que cette Piéce à la page 436. de la I. Partie.)

## VIII.

P. 181. & autres. I. Part.

*Lettre de M. de Gaufridy, Avocat General du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris.*

MONSIEUR,

Je reçois avec la plus vive & la plus humble reconnoiſſance les remercimens que vous me faites, & les éloges que vous voulez bien me donner de la part de vôtre Faculté.

L'ordre public & la tranquillité de cette Province étoient ſi liés aux interêts de cette célébre Compagnie, que je ne pouvois les ſéparer; mais ç'a été, je

je vous l'avouë, Monſieur, une grande ſatisfaction pour moy de pouvoir en même tems remplir & mon devoir & le reſpectueux attachement que j'ai toûjours eu pour cette ſçavante Faculté, que je regarde comme le boulevard de la Foi Catholique.

Engagé comme elle, à ſoûtenir ces grandes maximes, qui ſont la ſûreté de l'Etat, & la liberté de nôtre Egliſe, j'ai eu le bonheur de me conduire ſur ſes principes, & la juſtice que je lui ai renduë dans mon diſcours n'eſt encore qu'un leger crayon des ſentimens d'eſtime & de reſpect que j'ai toûjours eu pour elle. Jugés, je vous ſupplie, Monſieur, quels ils doivent être deſormais, qu'elle m'engage à une reconnoiſſance éternelle, & par l'honneur ſingulier que j'en reçois, & par les ſentimens dont vous voulez bien m'aſſurer en ſon nom.

Je vous ſupplie, Monſieur, de lui bien marquer les miens, vous qui êtes ſi capable de bien exprimer tout ce qu'il vous plaît, & l'aſſurer, cette ſacrée & reſpectable Faculté, que ſi les expreſſions manquent à mon eſprit, il ne manque rien à mon cœur pour ſentir vivement & éternellement les bontés dont elle m'honore.

Je

Je dois aux vôtres, Monſieur, tous les honneurs que j'ai reçûs. Quelle doit être ma reconnoiſſance ? Auſſi je vous prie de bien compter ſur le zele & le reſpect avec leſquels je ſuis,

MONSIEUR,

Vôtre trés-humble & trés-obéiſſant Serviteur,
GAUFRIDY TRETS.

*A Aix, ce premier Juillet 1716.*

IX.

P. 396. I. Part.

## *Lettre de M. l'Abbé Gaſtaud, Avocat au Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris.*

MONSIEUR,

Je prends la liberté de vous adreſſer la Lettre que j'écris par ordre du Parlement à la Faculté de Paris, & j'y joint un Extrait * en forme des Délibera-

* Il eſt imprimé dans le Témoignage de l'Univerſité de Paris, 2. Part. p. 58.

berations de la Cour. Vous verrez par cet Extrait tout ce qui s'eſt paſſé au ſujet de la Lettre que la Faculté a écrite à nôtre Parlement.

On a crû, Monſieur, ne pouvoir rien faire de plus honorable pour vôtre illuſtre Corps, que de faire enregiſtrer ſa Lettre, ce qu'on ne fait dans nôtre Parlement que des Lettres du Roy ou de celles de M. le Chancelier, qui portent des ordres pour la Compagnie. Et à l'égard de l'Extrait qu'on m'a fait expedier pour vous être envoyé, c'eſt une choſe qui eſt preſque ſans exemple, la Cour ne donnant jamais d'Extraits de ſes Déliberations. Je joins à la Lettre que j'ai l'honneur d'écrire à la Faculté, ce que je répondis *a* à M le Preſident de Maliverny, qui a preſidé à tous les Arrêts qui ont été rendus à l'occaſion des Mandemens de nos Evêques. Je ſouhaiterois avoir parlé d'une maniere qui répondît à la réputation du Corps pour lequel je parlois; mais je me flate que mes ſentimens obtiendront grace à mes expreſſions. *b* . . . .
. . . . . .

Je

*a* Cette réponſe eſt auſſi imprimée dans le Témoignage de l'Univerſité

*b* Le reſte de la Lettre parle d'autres affaires particulieres.

Je ſuis, Monſieur, avec reſpect,

Vôtre trés-humble & trés-obéïſſant Serviteur,

GASTAUD.

*A Aix, ce 5. Juillet 1716.*

## X.

P. 352. I. Part.

## *Déclaration du F. Delafont, ſur une Propoſition miſe dans ſa Mineure.*

EGo Frater Joſephus Stephanus Delafont Carmelita, ut occurram ſuſpicionibus & querelis quas accepi fervore occaſione hujuſce meæ Propoſitionis, quæ extat columnâ ſeptimâ Minoris ordinariæ, de qua Deo juvante craſtinâ die ſum reſponſurus, hæc ſcilicet: *In Canone utriuſque ſexûs, &c. per proprium Sacerdotem Parochus deſignatur, ſalvo tamen jure ſummi Pontificis, Epiſcoporum, eorumque omnium qui ab his approbati & delegati ad id muneris deputantur*, declaro & profiteor mihi non fuiſſe, nec eſſe mentem quòd ſummus Pontifex polleat immediatâ aliquâ juriſdictione in aliis Diœceſibus, niſi in ea quæ Romæ eſt, & ad illum pertinet ut

ut Romæ Epiſcopum ; nec verò ſimili uti poſſe in aliis Diœceſibus. Prætereà Regularium privilegia qualiacumque, non poſſe efficere ut ſęcularium confeſſiones excipere poſſint, niſi priùs ab Epiſcopis approbati & delegati ad id muneris fuerint. Quæ quidem approbatio & delegatio limitari ab Epiſcopis poteſt ad certos caſus, loca, tempora, ac proinde reſpectu confeſſionis annuæ. Quam meam ſententiam exiſtimaveram abundè expreſſam fuiſſe, & facilè intelligendam ex his meis verbis, *qui ab his approbati*, quæ ſanè ad ſolos Epiſcopos referuntur, ac proinde ſignificant quòd licentia quibuſvis Regularibus à quovis facta excipiendæ annuæ confeſſionis valere nec poſſit, nec debeat citrà approbationem & ſpecialem delegationem Epiſcoporum Diœceſanorum ad id muneris. Quod prætereà aliâ cautione prę-ſtiti, addendo has voces, *ſcilicet Epiſcopis.* Cęterùm paratus ad eluendam, ſi qua ſupereſt, ſuſpicionem, prout præſcripſerit ſacra Facultas alma mater mea, à cujus placitis ne latum quidem unguem diſcedere unquam velim. Datum in Sorbona die ipſâ octavâ Julii anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi ſexti.

Frater JOSEPHUS STEPHANUS DELAFONT, qui ſuprà.

*On lit enſuite les paroles ſuivantes.*

Præſentem declarationem legi hodiè nonâ Julii, antequam accederem ad reſpondendum de mea Minore ordinaria, præſentibus ac teſtibus SS. MM. NN. Dreux, hujuſce actus Præſide, Robine diſciplinæ Cenſore, & FF. de Latenai & Menaſſier, quod meâre petitâ ſubſcriptione teſtor. Datum Pariſiis die Jovis nonâ Julii horâ ipſâ primâ pomeridianâ antequam celebraretur Actus.

F. Josephus-Stephanus Delafont.
F. de Latenai.
F. Menassier.

J. Dreux.
Robine, Diſcip. Cenſor.

## XI.

M. Ravechet envoya à Reims une P. 441 I. Part Procuration (en vertu de la Concluſion du 23. Juillet 1716.) paſſée devant Fremont & Laideguive, Notaires à Paris.

INDICULUS Propoſitionum excerptarum ex Theſibus F. Bonaventuræ Hutchinſon propugnatis Duaci apud Recollectos Anglo Duacenos, Præſide F. Bernardino Clifton, die 16. Julii anno Domini 1716. in Conventu Collegiato ſancti Bonaventuræ, typis mandatis Duaci apud Mairesse Typographum, anno 1716.

LISTE *Des Propoſitions extraites de la Theſe * ſoûtenuë par le Frere Bonaventure Hutchinſon, chez les Recollets Anglois de Doüai, le 16. Juillet 1716.*

I. PROPOS. p. 6.

Hæc (Eccleſia) irrefragabiliter Scripturas interpretatur, idipſum præ-

I.

L'Egliſe interpréte irréfragablement les Ecritures : le Souverain Pontife, ou avec le Concile, ou ſeul, par-

* Cette Theſe, comme dit M. l'Avocat general du Parlement de Doüai, n'eſt qu'un tiſſu d'erreurs, d'invectives & de ſentimens outrés, qui excitent le trouble & la revolte.

lant *ex Cathedrâ*, fait le même.

ſtat utique Summus Pontifex cum Concilio, vel ſolus è Cathedra loquens.

CENSURE.

*Cette Propoſition, entant qu'elle attribuë au Souverain Pontiſe, une Autorité irréfragable dans l'interprétation des Ecritures, qui ne convient qu'à l'Egliſe Univerſelle, eſt fauſſe, contraire à la Doctrine perpetuelle de l'Egliſe, & aux Décrets des Conciles Generaux.*

CENSURA.

*Hæc propoſitio, in quantũ ſummo Pontifici tribuit irrefragabilem in Scripturis interpretandis autoritatem, quæ ſoli Eccleſiæ univerſali competit, falſa eſt, perpetuæ Eccleſiæ doctrinæ, & Decretis Conciliorum generalium adverſa.*

II.

L'Egliſe eſt infaillible par raport aux Textes, même non Sacrez, longs ou courts, non ſeulement pour juger de la qualité de leur ſens, mais pour diſcerner quel en eſt le vrai ſens: car il eſt dit, que l'*Eſprit du Seigneur lui enſeignera toute Verité.* Et cette infaillibilité, qui regarde l'intelligence des Livres non Sacrez, ne lui eſt

II. p. 7.

In dijudicandis textibus, etiam non ſacris, longis ſive brevibus ei (Eccleſiæ) competit infallibilitas, non quoad qualitatem ſenſûs duntaxat, ſed & quidditatem, nimirum, *Spiritus Domini docebit illam omnem veritatem.* Nec ſanè minus

imus ad depoſitum fidei ſervandum neceſſaria eſt hujuſmodi infallibilitas circa intelligentiam libri non ſacri, quàm ſacri. Illam porrò ſibi competere ſemper credidit Eccleſia Dei.

pas moins neceſſaire pour conſerver le Dépôt de la Foi, que celle qui regarde les Livres Sacrez. Auſſi l'Egliſe a toûjours crû qu'elle avoit cette infaillibilité.

CENSURA.

*Hæc propoſitio, quantum ad primam partem, quâ tribuitur Eccleſiæ infallibilitas in dijudicandis textibus, etiam non ſacris, longis ſive brevibus, non quoad qualitatem ſenſûs duntaxat, ſed & quidditatem, eſt falſa & temerè aſſerta. Quantum ad ſecundam partem, in qua aſſeritur non minùs ad depoſitum fidei ſervandum neceſſariam eſſe hujuſmodi infallibilita-*

CENSURE.

*Cette Propoſition, quant à la premiere partie, qui attribuë à l'Egliſe l'infaillibilité par raport aux Textes, même non Sacrez, longs ou courts, non ſeulement pour juger de la qualité de leur ſens, mais pour diſcerner quel en eſt le vrai ſens, eſt fauſſe & temerairement avancée. Quant à la ſeconde partie où il eſt dit, que cette Infaillibilité, qui regarde l'intelligence des Livres non Sacrez, n'eſt pas moins néceſſaire pour conſerver le Dépot de la Foi, que celle qui regarde l'intelligence des Livres Sacrez; Elle eſt fauſſe.*

*erronée,*

Digitized by Google

*erronée, & perilleuſe dans la Foi. Quant à la troiſiéme, qui porte que l'Egliſe a toûjours crû qu'elle avoit cette Infaillibilité, Elle eſt fauſſe, témeraire, & introduiſant une Doctrine nouvelle.*

*tem circa intelligentiam libri non ſacri, quàm ſacri, eſt falſa, erronea, & in fide periculoſa. Quantum ad tertiam partem, in qua dicitur Eccleſiam Dei ſemper crediſſe ſibi competere hujuſmodi infallibilitatem, eſt falſa, temeraria, & novam doctrinam inducens.*

III.

Le Souverain Pontife a la même Prérogative d'infaillibilité que l'Egliſe, par raport aux Faits, même Dogmatiques, comme on les apelle.

III. Ibidem.

Hinc eadem ipſi, (ſummo Pontifici) quæ Eccleſiæ, competit infallibilitatis prærogativa, etiam in factis, ut aiunt, dogmaticis.

CENSURE.

*Cette Propoſition, entant qu'elle attribuë aux Souverains Pontifes, une infaillibilité par raport aux Faits Dogmatiques, comme l'Auteur parle, qui ne ſe trouve pas même*

CENSURA.

*Hæc propoſitio in quantum ſummo Pontifici tribuit infallibilitatem in factis*, ut author ait, *dogmaticis, quæ ne quidem Eccleſiæ competit,*

*competit, niſi in factis revelatis, eſt falſa, temeraria, & in errorem inducens.*

IV. Ibidem.

Atque adeo Conſtitutiones Pontificias è Cathedra deſuper emanatas.... poſitivè rejicere nemini liberum eſſe dixeris.

CENSURA.

*Hæc propoſitio de quavis Conſtitutione Pontificiâ indiſcriminatim intellecta, falſa eſt, authoritati & libertati Eccleſiæ, necnon poteſtatis politicæ juribus adverſa.*

V. Ibidem.

Quid ergo ſentiendum utique de rejicientibus Conſtitutionem Clementis XI. quæ incipit, *Unigenitus*, reſpondeo, *ætatem habent, ipſi de ſe loquantur*, intereà *qui non eſt mecum*

*dans l'Egliſe, ſi ce n'eſt par raport aux Faits revelez, eſt fauſſe, téméraire, & induiſant en erreur.*

IV.

C'eſt pourquoi, ne dites pas qu'il ſoit permis à qui que ce ſoit, de rejetter poſitivement les Conſtitutions des Papes, émanées de leur Chaire.

CENSURE.

*Cette Propoſition entenduë indiſtinctement de toutes Conſtitutions des Papes, eſt fauſſe, contraire à l'Autorité & à la Liberté de l'Egliſe, & auſſi aux Droits de la Puiſſance Politique.*

V.

Que faut-il donc penſer de ceux qui rejettent la Conſtitution *Unigenitus* de Clement XI. ? Je Répons : Ils ont de l'âge ; C'eſt à eux à parler pour eux. Cependant, dit le Sauveur, *Celui qui n'eſt pas avec Moi, eſt contre Moi :* Et *celui qui n'amaſſe pas avec Moi, diſſipe.*

*contra me eſt*, inquit adorandus Salvator, *& qui non colligit mecum, diſpergit.*

CENSURE.

*Cette Propoſition eſt téméraire, ſcandaleuſe, ſchiſmatique, & abuſant d'une maniere injurieuſe des paroles de l'Ecriture Sainte.*

CENSURA.

*Hæc propoſitio eſt temeraria, ſcandaloſa, ſchiſmatica, & Scripturæ ſacræ verbis contumelioſè abutens.*

VI.

Nous reconnoiſſons donc l'utilité des Conciles Generaux, qui ſervent quelquefois à procurer la Paix avec plus de douceur, & plus promptement, lorſque les Egliſes particulieres ſont en differend entr'elles. Pour leur néceſſité abſoluë, les nouveaux Heretiques, imitant Luther, la font retentir bien haut, mais mal à propos.

VI. p. 9.

Generalium ergo Conciliorum utilitatem agnoſcimus, quia ſuavius inde, ac maturius quandoque pax redditur Eccleſiis particularibus inter ſe diſceptantibus. Horum inſuper neceſſitatem abſolutam, Lutherum æmulati, ſæpius, ſed perperam, ingeminant hæretici recentiores.

CENSURE.

*Cette Propoſition eſt*

CENSURA.

*Hæc propoſitio eſt erronea,*

Digitized by Google

*rronea, Eccleſiæ praxi contraria, Eccleſiaſtici regiminis everſiva, & Theologis Catholicis contumelioſa.*

*erronée, fauſſe, contraire à la pratique de l'Egliſe, elle renverſe le Gouvernement Eccleſiaſtique, & elle eſt injurieuſe aux Théologiens Catholiques.*

VII. p. 7.

Hinc Monarchicum eſt Eccleſiæ regimen, neque verò aliam politiam in Eccleſia inſtituit Chriſtus præter Monarchicam, & quodammodo Regalem.

VII.

Le Gouvernement de l'Egliſe eſt Monarchique, & J. C. n'a point établi dans l'Egliſe une autre forme de Gouvernement, que le Gouvernement Monarchique, & en quelque maniere Royal.

CENSURA.

*Hæc propoſitio eſt erronea, regimini à Chriſto in Eccleſia inſtituto contraria, & Gerſoni,* quem citat autor, *imponens.*

CENSURE.

*Cette Propoſition eſt erronée, contraire au Gouvernement que J. C. a établi dans l'Egliſe, & elle impoſe à Gerſon*, que l'Auteur cite.

VIII. p. 6.

Improbanda praxis quorumdam, tradentium Scripturas etiam balbutientibus pueris, atque puellis, quæ illas memoriter ad-

VIII.

On doit déſaprouver la pratique de quelques uns, qui donnent l'Ecriture Sainte à des Enfans qui bégayent encore, & à de petites Filles qui l'aprennent par cœur,

lorſqu'à

lorſqu'à peine elles ſavent parler.

CENSURE,

*Cette Propoſition eſt ſcandaleuſe, contraire à la Doctrine des Saintes Ecritures, aux Maximes des Saints Peres, & à la pratique ſalutaire de l'Egliſe.*

diſcant, cùm vix loqui didicerunt.

CENSURA.

*Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, ſacrarum Scripturarum doctrinæ, ſanctorum Patrum placitis, & ſalubri Eccleſiæ praxi adverſa.*

## VI.

P.128. II.Part.

## *Lettre de la Faculté de Theologie de Reims, à celle de Paris.*

*Remenſes Theologi Pariſienſibus ſalutem plurimam in eo qui eſt vera omnium ſalus.*

MUltum quidem doloris ac ſcandali nobis boniſque omnibus attulerant pernicioſæ junioris Theologi apud nos aggregati aberrationes, quas etiam cenſoriâ tandem manu ferire, atque in perpetuum è Scholis noſtris, ubi numquam auditæ antea fuerant repetitis decretis eliminare neceſſe nobis fuit.

Verùm non minus poſtea ſpei ac lætitiæ percepimus, ubi compertum fuit Facultatem veſtram toto orbe celeberrimam examen ſuſcepiſſe earum opinionum,

nionum, quas ille non *ſecundùm tra-* 2.
*ditionem quam* à vobis *acceperat*, tue- *Theſſ.*
batur. Neque dubitavimus quin multo 3 6.
plus ſplendoris & præſidii ex veſtro
omnium judicio veritati eſſet acceſſu-
rum, quàm detrimenti illarum fuerat
degeneris unius Magiſtri erroribus.

Spem verò noſtràm tantum abeſt ut
eventus fefellerit, ut potiùs longè ſupe-
raverit. Quippe vobis, *ſapientiſſimi Ma-
giſtri*, ſatis non fuit erroris tenebras eâ
cenſurâ depellere, quæ magno docto-
rum virorum plauſu excepta eſt, niſi
accuratâ inſuper declaratione ſanam de
ea quæ *ſecundum Deum triſtitia* ac pœ- 2 *Cor.*
nitentia eſt, doctrinam explicaretis. 7.

Quâ ratione iſtius veſtri judicii me-
moriam apud nos æternam ſervare con-
ſtituerimus, quam utilem omnibuſque
fidei regulis conſonam Declarationem
veſtram eſſe omnes in commune ſen-
ſerimus, cognoſcetis ex Actis, quæ ad
vos ſigillo noſtro & Dominorum De-
cani, Syndici & Scribæ ſingraphâ mu-
nita mittimus, ſperantes fore ut Cen-
ſuræ, Declarationis, Concluſionumque
veſtrarum ad id negotium ſpectantium
exemplar pariter autenticum ad nos mit-
tere dignemini, in ſcriniis noſtris re-
condendum.

Atque utinam Declarationis iſtius

doctrinam, quam libentiſſimè & concordiſſimâ deliberatione noſtram agnovimus, ab omnibus totius regni, ut olim celebres illos contra Lutherum articulos, aut univerſæ etiam Eccleſiæ Præſulibus, Academiis, ordinibuſque conſecrari videamus.

Facit verò egregium hoc ſpecimen, ut ardentiùs cupiamus perfici quàm primùm atque edi in publicum poſſe, non modò ſimiles ſimilium errorum Cenſuras, ſed maximè illam quam polliciti, totius Eccleſiaſticæ doctrinæ per articulos ritè digeſtos expoſitionem & quaſi concatenationem.

Poſtulant hoc ſanè à vobis, ſapientiſſimi Magiſtri, piorum omnium vota. Hoc propè neceſſarium facit cæca quorumdam hominum temeritas, quos *ut potè importunos ac malevolos, tolerari nolebat* anno 1700. Clerus Gallicanus, *qui viris bonis, doctiſque & Eccleſiaſticæ rei ſtudioſis vagam & invidioſam Janſeniſmi accuſationem inferunt, eo quoque nomine quòd morum corruptelas inſectentur.*

Procés verbal. p. 528

Quid enim privati Theologi *autoritate, caritate, ſcientiâ deſtituti*, aut eâ inſtructi ſcientiâ quæ quâvis ignorantiâ pejor eſt, *errant neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei*, novellis opinioni-

Ordonnance de M. le Tellier 1697. Aſſem-

bus

bus Catholicam obſcurant fidem, diſciplinam peſſumdant, Gallicanæ Eccleſiæ & Regni jura libertateſque oderunt, Religionem ipſam de Chriſtiana faciunt, partim ſpiritus Evangelici extinctione & inani virtutum ſpecie Judaïcam, partim etiam horrendâ vitiorum licentiâ Gentilium Philoſophiâ minus honeſtam. Neque verò hoc ſolùm, ſed impunitate minimè contenti, ſoli ſibi ſapere videntur, ſoli, ſi ſuperis placet, eſſe Orthodoxi, Patrum dogmata reprobant, & voces ſive Eccleſiæ, ſive Dei, etiam ipſius uſu conſecratas, *nec in numero fidelium deputant ſequaces traditionis paternæ, ſi ſua viderint cedere nolle ſententiæ*, & ſilebunt Theologicæ Facultates?

blée de 1656. *Matth.* 22. 29.

*Hormiſd. ad Poſſeſſ.*

Abſit hoc dedecus à temporibus noſtris; quibus per Principem quod per leges, licet. Addite veteribus veſtris Decretis ea quibus nunc opus eſt. Deſinat veſtris revicta Documentis, veſtris compreſſa Cenſuris novitas inceſſere vetuſtatem; deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare.

*Cæleſtinus ad Galliæ Epiſc.*

Enim verò quænam Academia eſt, unde id expectari potius oporteat quàm à Pariſienſi? Hujus è ſinu prodeunt omnes fermè quos habet Gallia fidei ju-

 dices,

dices, & præſtantiſſimi quique, in ſingulis Diœceſibus, eorum compresbyteri atque adjutores. Hujus Magiſterio erudiuntur ut apti ſint rectè tractare verbum veritatis. Hujus teſtimonio commendantur, gradibuſque ornantur, ut fiat Eccleſia de eorum doctrina certior, priuſquam ad ſacras evehantur dignitates. Hujus adeo doctrinam nemo accuſare poteſt, quin idem calumnietur Præſulum aliorumque Eccleſiæ miniſtrorum & totius penè Galliæ fidem.

2 *Tim* 2 15.

Hæc Academia eſt, quæ non minùs hodiernis quam Alexandri IV. temporibus, *in ſancta Eccleſia eſt, ut ille aiebat, quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, & quaſi lucerna ardens in domo Domini. Hæc quippe fœcunda eruditionis parens, ad irrigandum ſterilem orbis faciem, fluvios de fontibus ſapientiæ ſalutaris foras mittens, ubique terrarum Dei lætificat civitatem. Ibi enim ordinatus eſt, per providentiam Conditoris, ad opus atque cuſtodiam Eccleſiæ ſponſæ Domini Doctorum ordo præcipuus . . . . . . . ibi denique dat Dominus ſponſæ ſuæ os & ſapientiam, & linguam myſticis eloquiis eruditam, cui reſiſtere nequit omnis adverſitas improborum.*

Voyez preuves des Lib ch. 13.

Felices nos, ſi in tantorum operum partem venire potuerimus; atque arctiſſima

tiſſimâ votorum, ſtudiorum, ſuffragio-
rum conjunctione cum Academia veſ-
tra, unde noſtra originem ſumpſit &
formam, fidei illuſtrandæ adlaborare
*in verbo veritatis, in virtute Dei, per* 2 Cor.
*arma juſtitiæ, à dextris & ſiniſtris, per* 6. 7.
*gloriam & ignobilitatem.*

Felices, ſi inter triſtia quæ experi-
mur aut metuimus, quæque comme-
morare nihil attinet, nullus nos eventus
metuſve à profitenda tuendaque veritate
deterreat. Quam ſanè mentem, nobis
non ſecus ac vobis, perpetuam ut ſervet
Deus, enixè precamur. *Fiduciam au-* 2 Cor.
*tem talem habemus per Chriſtum ad* 3. 4.
*Deum, non quod ſufficientes ſimus cogi-* 2. Cor.
*tare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed* 1. 5.
*ſufficientia noſtra ex Deo eſt, à quo di-* 2. Cor.
*vites facti eſtis in omnibus ...... in omni* 1. 11.
*verbo & in omni ſcientia, quique nos*
*uti ſperamus adjuvantibus vobis in ora-* 2 Cor.
*tione pro nobis, confirmabit in omni opere* 2. 16.
*& ſermone bono, ut caritas veſtra ma-* Philipp.
*gis ac magis abundet in omni ſcientia &* 1. 9.
*in omni ſenſu..... ut idem ſapiamus,* Ibid. 3.
*& in eadem perveniamus regula, creſ-* 16.
*centes in ſcientia Dei & in omni vir-* Coloſſ.
*tute confirmati.* 1. 10.

Valete, atque ut facitis, lucete, ſicut Philipp.
luminaria in mundo verbum vitæ con- 2. 15.
nentes.



Digitized by Google

Datum Remis in Comitiis noſtris extraordinariis die Octobris trigeſimâ anno Domini, milleſimo ſeptingenteſimo decimo ſexto.

*De mandato Dominorum Decani & Magiſtrorum ſacræ Facultatis Theologiæ Remenſis.*

A. CURIOT, *Doctor & Scriba.*

## VII.

## *Signification faite à M. le Roux,*

Pour la note de la page 149. II. Par.

L'An 1716. le 9. de Novembre, le Sieur du Boſc, Greffier de la Faculté de Theologie de Paris, a donné copie des Concluſions des 19. Septembre & 22. Octobre, au Sieur le Roux, en parlant à la perſonne de M. Villot, Procureur au Parlement, ruë de Longpont, Paroiſſe ſaint Gervais, où il a élû ſon domicile, & lui a declaré, qu'en conſequence de la Concluſion du 22. Octobre, il va être procedé à la radiation de ſon nom lui Sieur le Roux, du Catalogue des Docteurs. *Signé*, DU BOSC.

*M. Villot a ſigné avoir reçû copie de la preſente Signification.*

Digitized by Google

# VIII.

## *Diſcours de M. l'Abbé de Gontaut, alors Chantre de Nôtre-Dame, à M. le Cardinal de Noailles, à l'occaſion du Sermon du P. de la Ferté, Jeſuite.*

P. 151. II. Part.

MONSEIGNEUR,

On ne l'auroit jamais crû, que dans la trente-ſeptiéme année d'un Epiſcopat qui fera un des grands ornemens de l'Hiſtoire Eccleſiaſtique, il dût ſe paſſer ſous nos yeux un évenement auſſi étonnant que l'eſt celui qui engage l'Egliſe de Paris à venir vous témoigner la juſte douleur qu'elle en reſſent.

Les lumieres ſuperieures de V. E. lui font voir les ſuites dangereuſes de cette entrepriſe. Elle ſçait que c'eſt ſapper les fondemens de la ſubordination, & qu'annoncer la parole de Dieu dans vôtre Dioceſe, ſans titre, ſans miſſion, & ſans les pouvoirs de V. E. c'eſt bleſſer la juriſdiction Epiſcopale dans les points les plus eſſentiels, & d'un miniſtere redoutable par Sa Sainteté, en faire un ſpectacle ſcandaleux. Nous ſentons, Mon-

Monſeigneur, les conſequences d'une entrepriſe ſi extraordinaire. Nous venons vous ſupplier de ne pas la laiſſer impunie, & de vous ſouvenir qu'aprés avoir embelli le ſiege de ſaint Denis par l'éclat de vos vertus & la pureté de vôtre doctrine, il s'agit aujourd'hui, puiſque vous y êtes forcé, de l'appuyer par la vigueur de la Diſcipline.

Oſerions-nous ajoûter, Monſeigneur, que nous ſommes plus intereſſés qu'aucun Corps dans cette grande affaire, nous ne dirons pas comment, il en coûteroit trop à nôtre cœur. Le vôtre nous eſt connu, & il nous ſuffit de dire que nôtre cauſe eſt inſeparable de celle de nôtre Archevêque en faveur de l'Egliſe, dont vous êtes l'ame, le chef & la gloire, qui vous eſt dévoüée avec un zele ſans bornes, & auſſi tendre qu'il eſt reſpectueux.

## IX.

### *Interdit ſignifié aux Jeſuites.*

P. 151. II Part

LOUIS ANTOINE DE NOAILLES, *par la permiſſion Divine, Cardinal Prêtre de la S. E. R. &c. Archevêque de* Paris. *A nos chers Freres les Provincial de la Province de France, & Superieurs de*

*de la Maiſon Profeſſe, du Noviciat & du College des Jeſuites de cette Ville de* Paris. Nous avons été informés que quelques Religieux de vôtre Compagnie croyent qu'il leur eſt permis d'exercer encore les Pouvoirs que nous leur avons ci-devant donnés, de Confeſſer & de Prêcher dans nôtre Dioceſe, quoique ces pouvoirs fuſſent limités à certain tems preſentement expiré ; & qu'en effet Frere Louis de la Ferté, l'un deſdits Religieux, aprés l'expiration des Pouvoirs que Nous lui avions donnés, s'en eſt ſervi, comme par une eſpece de continuation tacite & préſumée de nôtre volonté; ſous pretexte que ces Pouvoirs n'ont pas été expreſſément revoqués à l'expiration du terme ; ce qui pourroit dégenerer en abus, tromper les ames qui nous ſont confiées, & cauſer un grand trouble dans la Diſcipline Eccleſiaſtique. Surquoi le Chapitre de nôtre Egliſe Metropolitaine, & les Curés de cette Ville, Nous ont fait leurs remontrances & plaintes, Nous priant d'y remedier. Pluſieurs Prélats même Nous ont fortement preſſez de ne laiſſer donner aucune atteinte aux droits ſacrés de l'Epiſcopat.

A CES CAUSES ; Nous avons crû devoir vous faire connoître ſur ce nos intentions

tentions d'une maniere ſi préciſe, qu'il ne puiſſe reſter aucun doute. Nous vous déclarons donc par ces Preſentes, que Nous n'entendons en aucune maniere, que ceux des Religieux de vôtre Compagnie, dont les Pouvoirs de Confeſſer & de Prêcher dans nôtre Dioceſe, ſont expirés, puiſſent continuer à les exercer.

Et en outre, Nous avons expreſſément revoqué & revoquons par ceſdites Preſentes, tous les Pouvoirs ci-devant donnés par Nous ou de nôtre Autorité, tant à vous qu'à tous autres Religieux de vôtre Compagnie, ſoit pour un tems, ſoit à nôtre volonté, par écrit ou de vive voix, pour adminiſtrer le Sacrement de Pénitence, & annoncer la Parole de Dieu dans nôtre Dioceſe. Faiſant à chacun de vous, & à tous autres de vôtre dite Compagnie, tres-expreſſes inhibitions & défenſes de s'ingerer à l'avenir eſdites fonctions en aucune Egliſe, Chapelle, Oratoire, ou autres Lieux generalement quelconques, ſous quelque prétexte que ce ſoit, dans toute l'étenduë de nôtre Diocéſe, à peine contre les Contrevenans de ſuſpenſe *ipſo facto*, & d'être procedé extraordinairement, & par les voyes qu'il appartiendra.

ENJOIGNONS à chacun de vous, qu'auſſi-

qu'auſſi-tôt que ces Preſentes vous auront été notifiées, vous ayiez à en déclarer le contenu à tous & à chacun des Religieux de vôtre Compagnie, qui ſont préſentement réſidens en nôtre Diocéſe, & nommément audit Frere Loüis de la Ferté: Comme auſſi que vous ayiez à faire entendre nos intentions cy-deſſus à tous autres Religieux de vôtredite Compagnie, qui viendront dans la ſuite en nôtredit Diocéſe, ſitôt qu'ils y ſeront arrivez. MANDONS à nôtre Promoteur General de vous faire ſignifier leſdites Préſentes, à ce qu'aucun de vous n'en puiſſe prétendre cauſe d'ignorance, & de tenir la main à l'execution d'icelles. *Donné à* Paris *le* 12. *jour du mois de Novembre* 1716.

Signé, † L. A. CARD. DE NOAILLES. *Arch. de* Paris: Et plus bas, *Par Son Eminence*,

CHEVALIER.

X.

Digitized by Google

## X.

P. 155. II. Part

# *Reſcriptum * Eminentiſſimi Cardinalis Paolucci.*

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE.

DIœceſani plurimi Epiſcoporum, contra Conſtitutionem *Unigenitus*, D. D. N. inſurgentium humiliter exponunt Eminentiæ veſtræ quatenus Sacerdotes, ſive Sæculares, ſive regulares, dictæ Conſtitutioni debitam reverentiam, & obedientiam exhibentes ab adminiſtratione Sacramentorum, & præſertim pœnitentiæ removentur, ſoliſque non adhærentibus, imò rebellantibus & ad futurum Concilium appellantibus, conſequenterque Excommunicatis, & omni Autoritate, & Juriſdictione permittitur dicta adminiſtratio. Unde præfati Diœceſani propter Tridentin. Decretum non valentes non approbatis confiteri, non debentes. Etiam ad Excom-

* Cette Piéce a tant de rapport à l'affaire de la Conſtitution, qu'on a crû la devoir joindre aux precedentes, pour faire voir juſqu'où la Cour de Rome veut pouſſer ſes prétentions & ſes droits imaginaires, inconnus à toute l'antiquité.

Digitized by Google

Excommunicatos licet approbatos accedere, enixè rogant Eminentiam veſtram ut in tanto periculo conſtitutis de remedio opportuno Eminentia veſtra providere dignetur.

Conceditur Facultas Sacerdotibus tam ſæcularibus quàm regularibus alias ab ordinario ad audiendas confeſſiones approbatis, & ob ſolam cauſam quod debitam obedientiam, & reverentiam Conſtitutioni quæ incipit UNIGENITUS, exhibuerint, Facultate privatis ut poſſint, ut antea, fidelium confeſſiones excipere ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. Romæ die 6. Januarii 1718.

Locus Sigilli.

Seb. Cardinalis Pauluccius
Major Pœnitentiarius

Dominicus Pogla ſacræ Pœnitentiariæ *Secretarius.*

## X I.

## *Lettre de la Faculté de Paris, à celle de Reims.*

P. 169. II. Part.

*Pariſienſes Theologi, Theologis Rhemenſibus ſalutem omnimodam, in eo cui eſt ſalus gloria & virtus.* Apoc. 19. 1.

NOn minùs doloris Collegio noſtro quàm veſtro attulerunt pernicioſæ junioris Theologi in ſcholis noſtris

eruditi aberrationes, ubi primum famâ referente innotuerunt apud nos; nec ſine plurimo mœſtitiæ ſenſu audivimus
Act 15. 24. unum *ex nobis exiviſſe qui conturbaverit vos verbis quibus non mandavimus*, & inaudita priùs apud utroſque doctrina diſcipulorum ſuorum *everteret animas.*

Non nihil tamen afflictatis nobis reſtabat ſpei fore ut quas cenſoriâ manu feriendas repetitiſque decretis procul amovendas propoſitiones judicaveratis, damnaret ipſe docibilis; ſcandalique à ſe exorti promptus reparator, vobis, nobis, orbi univerſo ſignificaret, incautum ſe in errorem incidiſſe quidem, ſed animum geſſiſſe veritatis amantem & minimè propenſum in errorem.

Spem adeo alacriter conceptam fefellit eventus; & quæ de Domini le Roux pertinaciâ audivimus & vidimus, ea ſic nos novo mœrore percitos affecere, ut communi ſuffragio atque ſententiâ pronuntiatum ſit, & è re noſtra eſſe vel maximè, ut prolatum à nobis de illius propoſitionibus accuratiſſimè expenſis judicium toti Reipublicæ Chriſtianæ exponeremus.

Selegimus igitur ex nobis viros ſtre-
1. Cor 2. 13. nuos, *non in doctis humanæ ſapientiæ verbis*,

*verbis, ſed in doctrina Spiritûs* inſtru-
ctos, *enutritos* autem *verbis fidei & bona doctrina quam aſſecuti ſunt*, uti veritatis amantiſſimos, qui Sacro Ordini *obedientes ex corde* ſenſa ſua adigerent *in eam formam doctrinæ in quam traditi ſumus.* 1. Tim. 4. 6. Rom. 6. 17.

Eam autem in enucleandis Domini le Roux codicibus adhibuerunt Deputati ſedulitatem ac diligentiam, quâ profectò major adhiberi non poſſit, ac demùm poſt multas diuturnaſque collationes, ex propoſitionibus erroneis quibus ubique ſcatent codices hominis profanæ novitatis ſtudioſi, communibus votis excerpſere ſeptemdecim, quas variis pro errorum gravitate notis aſperſas noſtro doctrinali judicio ſubmiſere.

Quodnam verò noſtrum fuit judicium, quàm longâ temporis intercapedine dilatum, quàm maturè penſitatis difficultatibus, quàm concordi & unanimi conſenſione pronuntiatum, jàm accepiſtis ex actis quæ ad vos ſyngraphâ ſcribæ noſtri munita miſimus.

Optaviſſemus equidem ut eâ quæ filium obſequentem erga tenerrimam matrem decebat obſervantiâ, D. le Roux noſtrum decretum excepiſſet, & à veritate quam propriis occupatus, actuſque alienis præjudiciis recognoſcere noluit, expugnari

expugnari ſe permiſiſſet; profectò ex prompta atque humili errorum confeſſione tantum ipſi acceſſiſſet gloriæ atque honoris, quantum ex falſis opinionibus pertinaciter propugnatis accepit dedecoris & infamiæ; nec verò nos invitos adegiſſet ad expungendum ipſius nomen ex albo Magiſtrorum, quos divini eloquii defenſores acerrimos, ille humanorum commentorum diſcipulus & Magiſter, per nominis communionem & ſocietatis nonnulla contumeliæ fuligine maculaſſet.

Declarationem noſtram circa ſanam de ea quæ ſecundùm Deum eſt triſtitia doctrinam, non modò viris cordatis & in lege Dei inſtructis gratam fuiſſe, ſed & à ſacro veſtro ſodalitio libentiſſimè ac promptiſſimâ votorum omnium conſpiratione à vobis cooptatam gaudemus plurimùm in Domino; nec quidquam jucundum magis accidere nobis potuit, quàm quòd *conſcientia noſtra nobis teſtimonium perhibeat*, nos in condendis cùm Cenſurâ tùm Declaratione in id unum intendiſſe, ut *qui ſecundùm doctrinam eſt fidelis ſermo* ſartus rectuſque ſervaretur, & *arguerentur qui contradicunt*, & quod hujus finis aſſequendi *ſocios haberemus & adjutores* viros, *quorum laus eſt ex hominibus, & ex Deo*, quos

Rom. 9. 1. Tit. 1. 9. 1. Cor. 8. 23. Rom. 2. 29. Joan. 8. 32.

quos *cognoſcentes veritatem veritas libe-* *Luc.*
*rabit* ; qui *potentes opere & ſermone* quod 24 19.
verbis adſtruunt, factis confitentur ; 2. *Cor.*
qui *non alia ſcribentes quàm quæ* divi- 1. 13.
nitùs tradita *legerunt*, *præſtant ædifica-* 1. *Tim.*
*tionem Dei quæ eſt ex fide* ; qui denique 1. 4.
parati *libentiſſimè impendere & ſuperim-* 2. *Cor.*
*pendi* præliantur prælia Domini in for- 12 15.
titudine & ſapientia adverſus Pſeudo *Oſée*,
Theologos, quorum individuum veluti 8. 7.
officium eſt ut fabulis hominum cedere
velint Dei oracula, *ventum ſeminantes* *Iſ.* 59.
*& turbinem metentes*, *palpantes ſicut cæ-* 10.
*ci parietem*, non intelligentes neque quæ
loquuntur, neque de quibus præſiden-
ter affirmant.

Felices nos, ex quibus tam celebris & de Eccleſia tot titulis benè merita Facultas veſtra originem ſumpſit & formam. Felices vos, qui quam à patribus noſtris accepiſtis doctrinæ, virtutis atque gloriæ ſocietatem & æmulationem, hanc omnem vertitis in hæreſeum debellationem, in illuſtrationem veritatis, in purioris Ethices tutamentum & propagationem.

Quæ exinde exurgit in ordinis veſtri decus apud Deum & apud homines gloria, addet Collegio noſtro incitamentum novum, novoſque animos ad perficiendum illud opus quod Reipublicæ

Chriſtianæ neceſſarium eſſe judicatis; cuique ardentibus adeò votis fauſta quæque apprecamini, omnique ſtudio atque operâ efficere conabimur, ut omnes intelligant quantùm apud Deum valeant orationes veſtræ, quantùm apud nos veſtræ adhortationes.

*Epheſ. 4. 15.* Valete, ſapientiſſimi Magiſtri, *veritatem facientes in caritate*, ut facitis; *Rom. 14. 19.* *creſcite in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus. Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt in invicem cuſtodiamus, verbum vitæ*, quod hactenùs *Philip. 2. 16* præſtitiſtis, *continentes ad gloriam veſtram noſtramque in die Chriſti*, ſitiſque *Philip. 4. 13.* in perpetuum ſicut etiamnum eſtis *gaudium* noſtrum & *corona* noſtra.

## XII.

*P. 175. II. Part.*

### *Lettre de la Faculté de Théologie de Nantes à la Faculté de Théologie de Paris.*

*Decane Venerande, Syndice Digniſſime, Magiſtri Sapientiſſimi.*

QUæ veſtra eſt indefeſſa ſollicitudo, in detegendis ubique, ſimul & extinguendis erroribus, licet cætera per universum orbem Chriſtianum Theo-

Theologiæ Facultates pro fidei depoſito ſecuriores præſtare valeat, hæc tamen eas ab omni cuſtodiendæ veritatis curâ non eximit, imò ad cautiùs cuſtodiendam accendit magis.

Hinc quam ad vos mittimus adoptionem noſtram veſtræ Cenſuræ, ac ſubjunctæ eidem Declarationis non injucundam fore confidimus, quippè qui nihil habeatis antiquius, quàm plures eſſe, qui vobis ducibus, ſpuriam Doctrinam evertere, ſanam ſtabilire contendant.

Quâ primâ die, SS. MM. famâ publicâ accepimus propoſitiones excerptas è Codicibus M. le Roux, *factus eſt in cordibus noſtris quaſi ignis exæſtuans*, ferè *defecimus*, tam grave ſcandalum in Eccleſiâ *ferre non ſuſtinentes*. Non Moyſis zelo, ſed cæcâ mentis pravitate, perverſoque extinguendæ charitatis ſtudio projicere Legis Tabulas, & confringere moliuntur filii mendaces. Molitiones eorum vidiſtis, SS. MM. & doluiſtis, ideòque ſtetit veſtra Facultas in portâ Caſtrorum pro Teſtamento Dei noſtri, Patris noſtri Salvatoris noſtri cuſtodiendo; ſtanſque clamat Cenſurâ ſuâ, clamat Declaratione ſuâ, clamat ex corde, & corde illo, *in quo diffuſa eſt Charitas Dei per Spiritum Sanctum: Si quis eſt Domini, jungatur mihi.* Jun-

*Jerem. c. 20. v. 9.*

*Ad Rom. 5. 5.*

*Exod. 32. 26.*

Jungimur, SS. MM. Veritatis enim amore, Charitatis vinculo, unitate Fidei quoſcumque Fideles conjungi Lex omnis præcipit, quantò magis Doctores Catholicos? Unico illo veritatis, charitatis, Fidei ſpiritu acti jungimur; utinam & jungantur omnes Filii Levi! Utinam & manus, & os, & cor conſecrent Deo noſtro, qui veritas, & charitas eſt!

Utinam cæteræ Regni Facultates Sorores noſtræ congregentur ad Celeberrimam illam Facultatem, quam Matrem omnes veneramur ætate, ſapientiâ & amplitudine! Utinam omnes illius Cenſuram, quæ fugat tenebras, illius
Pſalm. 118. v 130. Declarationem, quæ cum verè ſit *declaratio ſermonum Dei, illuminat, & intellectum dat parvulis*, unâ mente amplectantur.

Sed ea eſt ætatis noſtræ calamitas, timor in lapſum ruit, pudor ruinam aggravat. Stantes ſervet Deus Miſericordiarum Pater, lapſos erigat, & *qui*
Philip. 1. 6 *cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiat uſque in diem CHRISTI JESU*: hæc ſentiunt, hæc orant,

*Decane Venerande, Syndice Digniſſime, Sapientiſſimi Magiſtri,*

*Addictiſſimi & obſequentiſſimi Servi veſtri Syndicus & Magiſtri S. Facultatis Nannetenſis*

Nannetis die 26. Novemb. 1716.

## XIII.

## *Réponſe de la Faculté de Theologie de Paris, à la Lettre précedente de la Faculté de Theologie de Nantes.* P. 179. II. Part.

*Decanus & Facultas, Magiſtris Sacræ Facultatis Nannetenſis. Salutem & gratulasionem plurimam in eo per quem* factus eſt ſalus & virtus. *Apoc.* 12. 19.

LItteras veſtras non ſine ſingulari grati animi ſenſu accepimus, SS. MM. in quibus quæ ſunt Theologorum partes in tuenda ſanæ doctrinæ integritate, & quæ ad majorem noſtrorum æmulationem impellere nos debeant incitamenta legimus.

Nihil ad doctrinæ fidei, & morum aut ſanctioris diſciplinæ tutamen utilius provideri potuerit, quàm ut in certis Chriſtiani orbis partibus Sacri inſtituerentur Theologorum cœtus, qui omni aliâ curâ longè ſepoſitâ, in Divinis Scripturis, & Apoſtolicis Traditionibus piè, ac religiosè perſcrutandis intenti, collatis inter ſe ſtudiis, Candidatos continuis exercitationibus erudirent, *& parati* eſſent *omni petenti*

1. Pet. 3. 15 *ti de ea, quæ in nobis eſt ſpe, rationem reddere.*

Gerſon. l. de Exami Doct. in conſid. 15. *Providendum eſt*, inquiebat Gerſonius, *per Rectores Chriſtianitatis, ne ſtudium Theologicæ veritatis depereat, ſed alicubi reſideat veluti in fonte, alioquin timendum eſt, ne ſuperſeminentur hæreſeon zizania, ubi ſi recurſus deſit ad Theologos non depravatos in unum collectos; quis, quis, oro, providebit.*

Append. Concil. Conſt. col. 1447. & ſeq De geſt. Concil. Baſilee. l. 1. Hinc factum eſt ut Theologicarum Facultatum Magiſtri ad Sacros Eccleſiæ Conventus vocari ſolerent, iiſque deliberativam, ut aiunt, ſuffragii authoritatem præſertim in materia Fidei, in Conciliis etiam œcumenicis, potiſſimùm in Piſano, Romano, Conſtantienſi, & Baſileenſi competere ipſis Sanctiſſimi Præſules agnoverint.

Inter cætera Theologorum Collegia non mediocrem locum obtinuit Schola Pariſienſis, ex cujus ſinu pleræque orbis Chriſtiani Academiæ ſe eſſe prognatas agnoſcunt; quamque vos ipſi, quæ veſtra eſt humanitas & modeſtia, tamquam parentem colitis, habetiſque profectò veſtri amantiſſimam.

Verùm ex hac ipſa Schola, quòd nobis moleſtiæ, & doloris attulit plurimùm, prodiit junior Magiſter, quem ſicut Aſſidæi flagrantiſſimi in ſtudio Legis

Legis de quodam Alcimo dixerunt, *Homo Sacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos*, ſic tùm ii, quibus incumbit Furnerianæ apud eos Cathedræ præficere Profeſſorem, ipſum, quod in Facultate Pariſienſi educatus, & Magiſterii nomine inſignitus, exceperunt cum honore, eique confidentiùs graviſſimum Theologiam docendi munus tradiderunt. *1. Mac. 7. 14.*

Aſt ille expectationem Remenſis Facultatis, ſicut & noſtram longè fefellit, qui ſpe inani fortunæ blandientis impulſus, *contempto* veræ Sapientiæ *templo*, in quo enutritus fuerat verbis fidei, *feſtinavit, ut particeps fieret præbitionis injuſtæ*, & Doctrinam, non quam ex puriſſimis Sacrarum Litterarum, & Traditionis fontibus hauſtam à Magiſtris acceperat, ſed peregrinam, & falſam in Scholis, ubi inaudita priùs fuerat, tradere auſus eſt.

Ubi excerptas à Theologis Remenſibus, & ritè damnatas propoſitiones cognovimus, ubi ipſius codices perlegimus, iſtis erroribus, & aliis ſcatentes; confeſtim contagionis periculo, & ſcandalo occurrendum & in ipſum autorem, ut juris erat, animadvertendum cenſuimus.

Ut tamen juniori Theologo reſipiſcendi

cendi ſpatium non deeſſet, longo morarum tractu cum ipſo actum eſt. Sæpè monitus à D. Syndico, atque in privatis Comitiis à Deputatis interrogatus, & confutatus, ter in Comitiis generalibus auditus, monitis, conſiliis,
2. ad Tim. 3. 10. increpationibus, obſecrationibus *in omni patientiâ, & doctrinâ* fruſtrà adhibitis, primùm à munere Magiſterii ſuſpenſus, denique poſt ſeptemdecim Congregationes de eo, ejuſve doctrinâ habitas, obſtinatus, & pertinax, adjectis etiam novis erroribus unanimi ſuffragiorum conſenſu ex albo Magiſtrorum expunctus eſt.

Cenſuræ errorum, ſanæ doctrinæ declarationem, quâ caligo quædam circà neceſſariam in Sacramento Pœnitentiæ contritionem, & circà primum, ac maximum mandatum à Neotericis inducta depellatur, adjungendam cenſuimus, Sacri Concilii Tridentini mentem ſecuti; *nam alioquin*, ut obſervavit hiſtoriæ autor, *falſum duntaxat proſcriberetur, quod infinitum eſt: verum, quod unum eſt, non explicaretur, quo uno rectè firmato oppoſita falſa infirmantur; undè, inquit, Patres rem partiendam cenſuerunt, tùm in Decreta, quæ Doctrinam Catholicorum exponerent, tùm in Canones, qui damnarent errores.*

*Palavicin. hiſt. liv. 3. c. 13.*

Huic

Huic noſtræ declarationi non leve pondus ſperamus apud omnes ex eo acceſſurum, quod eam veſtris ſuffragiis roboratam, & in Commentariis tanquam perpetuum Orthodoxæ Doctrinæ monumentum inſertam vobis, veſtriſque in poſterùm legem ſemper futuram providè ſtatueritis.

Exemplo, & adhortationibus veſtris, SS. MM. de novo incitati, quaſi additis animis, viribuſque, ſedulam damus operam, ut ſuſceptum ab octo menſibus opus illud perficiatur, quod Reipublicæ Chriſtianæ non mediocriter utile futurum confidunt docti, & probi, quod & Doctiſſimi, fortiſſimique Præſules Gallicani, in generali Congregatione Meduntæ celebratâ, conceptis votis, & precibus, à noſtra Facultate expetierunt.

Hinc fore confidimus ut Sacræ Theologiæ Candidati omiſſis iis, *quæ quæ-* 1. *Tim.*
*ſtiones magis præſtant, quàm ædificatio-* 1. 4.
*nem Dei, quæ eſt in fide*, invidioſa devitent partium nomina, *profanas vo-* 6. 20.
*cum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*, ſintque in primis memores dicti illius Apoſtolici, *ſi quis non ac-* 6. 3.
*quieſcit ſanis Chriſti ſermonibus, & ei, quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens cir-*

L *ca*

Digitized by Google

*ca quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.*

Hinc etiam, propitio Deo futurum ſperamus, ut in cordibus regnet pax Chriſti, quam probus quiſque ac bonus votis omnibus expetit, cui etiam promovendæ providè nuper adlaboravit Supremus Britanniæ Senatus ſolemni illo Decreto, quo ab integerrimis Judicibus Scholæ veſtræ tùm jura vindicantur, tùm innocentia defenditur.

Coloſ. Valete, SS. MM. *creſcentes* ſemper *in*
1. 10 *ſcientiâ Dei*, utrique autem *confortemur*
Epheſ. *in Domino, & in potentiâ virtutis, ut*
6. 10. *poſſimus ſtare* in die malo; neu vel fluc-
4. 14. tuemus *omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum, in aſtutiâ ad circumventionem erroris;* vel *omni* nos *viæ* & ſpiritui com-
Eccli 5 mittamus, vel *linguâ duplici*, aut anci-
11. piti, pro temporum ratione utamur, quæ peccatores ambiguos arguat. Cæterùm ita *firmi ſimus in viâ Domini, & in veritate ſenſûs noſtri*, ut nos ubique *Verbum pacis & juſtitiæ proſequatur*; deni-
Ibid que facientibus veritatem in charitate,
15. quò per charitatem penitùs intremus in veritatem, *Pax Dei*, cujus & indivi-

dua

qua comes eſt veritas, *cuſtodiat corda,* Philip. 4. 7.
*& intelligentias in Chriſto Jeſu,* cui *gloria,* Judæ 25.
*& magnificentia, imperium & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Datum in Sorbona die nonâ Decembris anni 1716. in Comitiis generalibus extra ordinem eâ die celebratis.*

*De Mandato D. D. Decani & Magiſtrorum Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis,* DU BOSC, *Scriba & Quæſtor ejuſdem Facultatis.*

## XIV.

# DECRET

## DE L'UNIVERSITE' DE CAEN.

P. 137. II. Part.

AUjourd'hui neuviéme jour de Janvier 1717. en l'Aſſemblée Generale de l'Univerſité de Caen, extraordinairement convoquée par M. le Recteur ſelon les formes accoûtumées, M. le Recteur a dit, qu'il lui étoit revenu de divers endroits, qu'on a diſtribué & qu'on diſtribuë actuellement dans Paris, ſous le nom de l'Ecole de Théologie de l'Univerſité de Caen, pluſieurs Théſes, dans leſquelles il ſe trouve pluſieurs Propoſitions contraires aux maximes & aux libertez de l'Egliſe de France, contraires

 même

même à la ſaine Doctrine, & en particulier à l'obligation de ſe convertir à Dieu par un acte de charité du moins commencée, pour en recevoir la grace de la juſtification ; deſquelles Théſes l'Univerſité de Paris a été fort ſcandaliſée, juſqu'à vouloir rompre l'ancienne liaiſon que l'Univerſité de Caen a toûjours euë avec ce celebre Corps : d'autant qu'il eſt dit à la fin de ces Théſes, qu'elles ont été ſoûtenuës dans l'Ecole de Theologie de l'Univerſité de Caen, *in Theologicâ Societatis Jeſu Scholâ Celeberrimæ Academiæ Cadomenſis* ; comme ſi l'Ecole de Théologie des Jeſuites faiſoit partie de l'Univerſité.

M. le Recteur a ajoûté, qu'il lui étoit pareillement revenu de pluſieurs endroits, qu'on publie une Lettre ſous le nom de l'Univerſité de Caen, par laquelle l'Univerſité déclare qu'elle a accepté & accepte comme régle de foy la Conſtitution *Unigenitus*, ſans explication, ni modification, uniquement par ſoûmiſſion à l'autorité de nôtre S. Pere le Pape.

M. le Recteur a dit de plus, que quelque diligence qu'il ait faite, il n'a pû découvrir aucun exemplaire de cette Lettre, qui n'a été publiée que dans les Villes éloignées, ainſi qu'on le mande

à

à pluſieurs perſonnes de cette Ville ; mais qu'il a crû devoir propoſer à l'Univerſité toutes ces choſes, pour prévenir & arrêter le ſcandale, & pour prendre les moyens les plus convenables pour la conſervation du dépôt de la verité, de l'honneur de l'Univerſité, & de la liaiſon étroite qu'elle a toûjours euë avec celle de Paris.

L'affaire miſe en déliberation, l'Univerſité a declaré & declare, que leſdites Theſes ſoûtenuës chez les Jeſuites en 1714. ne ſont point Théſes de l'Univerſité, attendu que les Jeſuites n'ont aucun droit dans l'Univerſité pour les Ecoles de Théologie, de Droit, & de Medecine; mais joüiſſent ſeulement d'un College de la Faculté des Arts, avec laquelle ils ne font point Corps. Pourquoi l'Univerſité declare, que la clauſe, *in Theologicâ Societatis Jeſu Scholâ Celeberrimæ Academiæ Cadomenſis*, inſerée au bas deſdites Théſes, eſt une nouveauté, une entrepriſe, & une uſurpation de la part deſdits Jeſuites, ne s'étant jamais juſques alors pratiqué rien de ſemblable : Défend ladite Univerſité auſdits Jeſuites d'inſerer à l'avenir de ſemblables clauſes au bas de leurs Théſes de Théologie, à peine d'être déchûs de tout privilege dans ladite Univerſité,

 qui

qui ordonne en conſequence que la preſente declaration leur ſoit ſignifiée.

2. L'Univerſité declare que ſa doctrine n'a point été & n'eſt point de reconnoître l'infaillibilité du ſouverain Pontife, telle qu'elle eſt énoncée dans leſdites Théſes; *Juſto igitur non minùs quàm authentico Summi Pontificis, fidelium omnium Patris, & infallibilis ex Cathedra magiſtri, judicio, recens damnatæ ſunt cum aliis multis propoſitiones iſtæ, &c.* mais qu'elle regarde cette propoſition comme contraire à l'Ecriture, à la Tradition, aux Saints Canons, & aux Libertez de l'Egliſe Gallicane, ne reconnoiſſant aucune veritable doctrine ſur cette matiere, que ce qui a été declaré dans l'Aſſemblée Generale du Clergé de France de 1682. dont elle enjoint d'enſeigner & de faire ſoûtenir les articles, conformément à la Declaration du Roy de la même année renduë en conſequence.

3. Pour ce qui regarde la propoſition contraire au grand précepte de l'amour de Dieu, l'Univerſité declare qu'elle n'a enſeigné ni ſoûtenu, qu'elle n'enſeigne ni ſoûtient ſemblable doctrine; mais qu'elle a ſuivi & a voulu toûjours ſuivre, qu'elle ſuit & veut toûjours ſuivre exactement ce qui a été decidé ſur

ce

ce ſujet par le Clergé de France dans les Aſſemblées Generales de 1700. & 1709. ſe conformant auſſi en cela à la Declaration que la Faculté de Théologie de Paris a faite au mois de Juillet dernier, à l'occaſion de la Cenſure qu'elle fit en même temps de pluſieurs propoſitions de Morale avancées par le Sr le Roux; leſquelles Cenſure & Declaration l'Univerſité adopte, & ordonne en conſequence être inſerées dans ſes Regiſtres, pour preuve de la conformité de ſes ſentimens avec ceux de ce celebre Corps.

4. L'Univerſité declare, que les Lettres publiées ſous ſon nom, ſont fauſſes, n'y ayant eu aucune Aſſemblée ni Décret de ladite Univerſité à ce ſujet; ſe reſervant ladite Univerſité à en faire une plus ample pourſuite, quand elle aura pû en avoir connoiſſance; & cependant elle declare qu'elle n'a point regardé juſqu'à preſent la Conſtitution *Unigenitus* comme une regle de foi; mais qu'elle attend à ce ſujet la déciſion de l'Egliſe, à laquelle elle ſera toûjours ſoûmiſe.

Et enfin il a été arrêté, que cette Concluſion ſera envoyée par M. le Recteur au Conſeil de Conſcience, & à Monſieur le Procureur General, avec une

une Lettre pour leur demander l'honneur de leur protection. M. le Recteur envoyera auſſi autant de la preſente Concluſion à Meſſieurs les Recteur, Syndics de l'Univerſité, & de la Faculté de Théologie de Paris, pour preuve de l'attachement de nôtre Univerſité à celle de Paris, & donnera ſes ordres pour que la preſente Concluſion ſoit imprimée, ainſi que l'Arrêt du Parlement de Roüen du vingt-deux Decembre dernier, envoyé par Monſieur le Procureur General, & cy deſſus enregiſtré.

REGNAULD, Docteur en Théologie, Recteur.

*Et plus bas*, Par mondit Sr, OSMONT, Greffier Secretaire de l'Univerſité.

P. 237 II. Part.

## *Lettre* de M. le Recteur de l'Univerſité de Caen, à M. le Syndic de la Faculté de Théologie de Paris.*

MONSIEUR,

Nous avons toûjours trop eſtimé l'hon-

* Elle a été écrite en conſequence des plaintes que M. Ravechet avoit faites dans l'Aſſemblée du 4. Novembre 1717.

Digitized by Google

l'honneur que vous nous avez fait de nous aſſocier à vôtre illuſtre Faculté, & d'y recevoir nos Ecoliers aux degrez de Théologie, pour ne pas ménager tout ce qui peut nous conſerver une union & une ſocieté qui nous eſt ſi honorable. Senſibles aux plaintes que vôtre Faculté a faites ſur certaines Théſes que nous laiſſons ſoûtenir dans le College des Jeſuites, qui appelloient leur Ecole de Théologie, une Ecole de l'Univerſité de Caen; nous les avons examinées dans une Aſſemblée Generale de nôtre Univerſité, que j'ai convoquée à ce ſujet. Nous y avons remarqué qu'on y donne trop à la crainte, & rien à l'amour de Dieu; on y avance même ſur l'Attrition, qu'elle exclut poſitivement la volonté de pecher, quand même elle ne ſeroit conçûë que par la ſeule crainte des peines de l'Enfer; Propoſition que vous venez ſi ſagement de cenſurer dans les Cahiers de M. le Roux. C'eſt ce qui nous a fait adopter avec plaiſir vôtre Cenſure & vôtre Declaration ſur l'Amour de Dieu, ſi loüable, ſi ſagement établie, ſi conforme à l'Ecriture, à la Tradition & aux Aſſemblées du Clergé de 1700. & 1709. Nous avons encore remarqué dans ces Théſes, qu'on y accordoit trop à la doctrine

doctrine des Ultramontains, & qu'on y propoſoit des ſentimens contraires aux Droits, Privileges, Maximes & Libertez de nôtre Egliſe de France. C'eſt ce qui nous a fait déclarer que nous n'avions pas d'autre Doctrine ſur cela que ce qui en a été decidé par l'Aſſemblée du Clergé de France en 1682. Nous y avons vû auſſi qu'on y appelle la Conſtitution *Unigenitus*, un Jugement authentique, nonobſtant les differens ſentimens qu'en ont aujourd'hui Noſſeigneurs les Evêques. C'eſt ce qui nous a déterminé à declarer que nous ne regardons point la Conſtitution *Unigenitus* comme régle de Foi, mais que nous en attendons le jugement déciſif de l'Egliſe, à laquelle nous faiſons profeſſion de nous ſoûmettre. Enfin pour ce qui regarde les Droits de nôtre Univerſité, que nous avons crû bleſſés dans ces mêmes Théſes, & pour faire connoître au Public que nous ne les reconnoiſſons point pour être ſoûtenuës dans le Corps de nôtre Univerſité, nous avons fait défenſes aux Peres Jeſuites d'appeller doreſnavant leur Ecole de Théologie, une Ecole de l'Univerſité, ſous peine d'être privés de tous les Droits & Privileges qu'ils y peuvent prétendre. J'ai l'honneur de vous envoyer

voyer ce Decret *, comme la Compagnie m'en a chargé, pour vous marquer ſon attachement à ſuivre & à adopter vos ſentimens, à conſerver non-ſeulement avec vôtre Faculté, mais auſſi avec tout le Corps de la premiere Univerſité du Royaume, l'union & la ſocieté dont elle l'a honorée juſqu'à préſent, & nous réunir tous enſemble à défendre la pureté de la Morale, le dépôt de la Foi, & les maximes du Royaume. J'ai l'honneur d'être en mon particulier dans les ſentimens les plus ſincéres d'eſtime & de reſpect,

MONSIEUR,

Vôtre trés-humble & trés obéiſſant Serviteur, REGNAULD, Docteur en Théologie, & Recteur de l'Univerſité de Caen.

*A Caen, ce 12. Janvier* 1717.

* C'eſt celui qui eſt immediatement avant cette Lettre.

Digitized by Google

## XV.

P. 253. II. Part.

# INSTRUMENTUM APPELLATIONIS INTERJECTÆ

*Die primâ Martii* 1717.

*AB ILLUSTRISSIMIS & Reverendiſſimis Epiſcopis* MIRAPISCENSI, SENECENSI, MONTISPESSULANI, *&* BOLONIENSI *ad futurum Concilium Generale à Conſtitutione S. S. D. N. D. Clementis Papæ XI. datâ Romæ anno* MDCCXIII. *ſexto Idûs Septembris, necnon ab omnibus indè ſecutis aut ſecuturis, & à gravaminibus occaſione ejuſdem Conſtitutionis à S. S. D. N. D. Clemente Papâ XI. ſuâ vel cujuſvis autoritate illatis vel inferendis, ſeu adversùs dictos Epiſcopos, ſeu adversùs ipſis adhærentes; Subjunctis Concluſionibus, quibus dictæ Appellationi adhæſerunt Sacra Facultas Theolog. Pariſienſis, in Comitiis Generalibus die quintâ habitis, coràm præfatis Illuſtriſſimis Epiſcopis, Sacra Facultas Theol. Remenſis*

*menſis die octavâ, & Sacra Facultas Theologiæ Nannetenſis die decimâ ejuſdem menſi.*

In nomine Domini. Amen.

*Univerſis preſentes Litteras inſpecturis,* PETRUS EPISCOPUS MIRAPISCENSIS, JOANNES EPISCOPUS SENECENSIS, CAROLUS-JOACHIM EPISCOPUS MONTISPESSULANI, PETRUS EPISCOPUS BOLONIENSIS: *Salutem in eo qui vera eſt omnium ſalus.*

QUem nos intimo animi ſenſu acerbiſſimum dolorem concepimus ex luctuoſo illo negotio; quo tota jampridem commovetur Eccleſia Gallicana, is non noſter tantummodo eſt, *ſed communis multorum, eorumque præcipuè qui ſinceriori affectu* Sanctam Sedem Apoſtolicam *diligunt* ac venerantur. *S.Bern. Epiſt. 178. ad Innoc. Papam II.*

Scilicet ex quo prodiit in lucem Conſtitutio quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, non ſine lachrymis viderunt Boni omnes, exultare inimicos Eccleſiæ, continuis impiorum atque hæreticorum contumeliis impeti fidelem populum, titubare infirmam adhuc Neophytorum fidem, periclitari ſalutem plurimorum, funeſtiſſimos paſſim diſſenſionum æſtus

concitari, triumphare turbulentos quoſque pernicioſarum corruptelarum patronos, puriſſimam cœleſtis doctrinæ lucem profanæ novitatis caligine obſcurari, omnes Regni Ordines, Magiſtratus, Viros Eccleſiaſticos, Facultates Theologicas, Sacrum inprimis Theologorum Pariſienſium Ordinem, tantâ eruditionis laude fulgentem, ipſam etiam Principem Academiam, Eccleſiarum Rectores, Epiſcopos, Regnum denique univerſum angoribus ac moleſtiis implicari.

In his periculoſis & aſperis temporibus, dùm ſanctiſſimi quique Sacerdotes antè altare Chriſti jacent provoluti, dùm univerſa fidelium multitudo ſupplices tollit ad cœlum manus, nos quoque non ceſſavimus orare ac deprecari eum, à quo ſacrum fidei depoſitum cuſtodiendum accepimus, ut ipſe illud ſalvum ſemper atque integrum pro ſua immutabili promiſſione ſervaret.

*1. Tim. c. 6.*

Nec minòre curâ interim in id incumbendum eſſe duximus, quod à nobis Paſtoralis officii ſollicitudo poſtulabat, ut & debitam autoritati ſummi Pontificis, qui Primatum habet à Chriſto in univerſâ Eccleſiâ, reverentiam, & indiviſam unitatis Eccleſiaſticæ conjunctionem, & ſacra veritatis jura, nuſ-

quàm, quoad poſſemus, violari pateremur.

Novit Chriſtianus Orbis nihil non à triennio omnimodis conatibus, obſecrationibus, obteſtationibus tentatum fuiſſe apud S. S. D. N. D. Clementem Papam XI. ſperabamuſque fore ut eos, veritatis æquitatiſque ſtudio ducti, publicos gemitus fidelium, & proprios mœrentis animi ſui ſenſus in ejus ſinu deponere cupiebant, pro more Anteceſſorum ſuorum benignè exciperet, & tacitam ſibi fuiſſe veritatem, falſitatemque ſuggeſtam, tandem aliquando agnoſceret. Alexand. III. cap. *Si quando* de reſcrip.

Quod quidem cùm nullâ ex parte impetrari potuerit, nondum diſcuſſis nimirùm pravæ inſinuationis nebulis; cúmque creſcant in dies ſcandala, diſſenſiones effervescant, turbetur pax Eccleſiæ, Chriſtiana veritas labefactetur, Nos à Spiritu ſancto poſiti, regere pro parte noſtrâ Eccleſiam Dei in veritate & caritate, ad illud remedium confugere tenemur, quod uti certum & efficax eſt, ſic in his rerum anguſtiis neceſſarium. *Act. c. 20. v. 28.*

Itaque * Majorum noſtrorum veſtigiis inſi-

* Appellationes nonnullorum Epiſcoporum Galliæ an. 1303 ſub Bonifac. Papa VIII. & aliæ appellationes,

inſiſtentes, ad conſervandam veritatem, ac reſtaurandam Eccleſiæ pacem, totum hoc negotium ad Univerſalem Eccleſiam deferimus, quæ & ſupremum eſt ſpiritalis autoritatis tribunal, & inconcuſſa veritatis columna, & tutiſſimum ſacrarium pacis & caritatis.

Quo quidem conſilio tantùm abeſt ut quidquam Sedis Apoſtolicæ honori, autoritati, unitati detractum derogatumque velimus, ut potiùs his omnibus fovendis atque tutandis, nihil aptius eſſe ac magis accommodatum, univerſâ ſanctorum Patrum traditione fulti, cenſeamus.

Ad hujus ergo appellationis remedium confugientes Nos Epiſcopi infra ſcripti, dicimus & proponimus, noſque loco & tempore opportunis & congruis probaturos offerimus quæ ſequuntur:

Imprimis quòd nonnullarum, quas præfata Conſtitutio damnat, propoſitionum cenſurâ, labefactentur fundamenta Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ſacro-ſancta Epiſcoporum jura, Libertates Regni,

tùm apud Pith. *art.* 78. & Dupuy *Preuv. des Lib. de l'Egl Gall.* t. 1. c. 13 tùm apud alios Autores.

*Gerſon. Conſider.* 8. *Circa materiam excommunicationum & irregularitatum.*

gni, unanimis ſententia ſanctorum Patrum docentium « Eccleſiam accepiſſe claves Regni cœlorum. » *Has enim claves*, inquit S. Auguſtinus, *non homo unus, ſed unitas accepit Eccleſiæ* : fides beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri, & cæterorum Apoſtolorum dicentium, *obedire oportet Deo magis quàm hominibus*, quæ quidem propoſitiones illæ ſunt quæ ſequuntur, videlicet. *S. Aug. Serm. 295. cap. 2. Act. c. 5. v. 29.*

90. *Eccleſia autoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Paſtores, de conſenſu ſaltem præſumpto totius corporis.*

91. *Excommunicationis injuſtæ metus, nunquam debet nos impedire ab implendo debito noſtro, Nunquam eximus ab Eccleſiâ, etiam quando hominum nequitiâ videmur ab eâ expulſi, quando Deo, Jeſu Chriſto, atque ipſi Eccleſiæ per caritatem affixi ſumus.*

92. *Pati potiùs in pace excommunicationem & anathema injuſtum, quàm prodere veritatem, eſt imitari ſanctum Paulum : tantùm abeſt, ut ſit erigere ſe contra autoritatem, aut ſcindere unitatem.*

Quòd inſuper in hoc toto negotio, & legitima omnium universè Epiſcoporum autoritas, & ſacræ Regni Libertates, pluribus nominibus violatæ ſunt,

tùm in Decreto illo conficiendo, tùm in iis quæ Decretum illud complectitur, tùm poſt Decretum editum in quodam Brevi Sanctiſſimi D. N. Papæ, cui titulus Gallicâ linguâ præfixus : *Bref de Nôtre Saint Pere le Pape Clement XI. du 17. Mars 1714. aux Cardinaux, Archevêques & Evêques de France aſſemblez à Paris en 1713 & 1714. ſur l'acceptation qu'ils ont faite de la Conſtitution de Sa Sainteté du 8. Septembre 1717. &c.* Contra dignitatem Epiſcoporum, contra omnes Regni Leges typis mandato, atque inſerto iis Commentariis quibus titulus: *Procès Verbal de l'Aſſemblée des Cardinaux, Archevéques & Evêques, tenue à Paris dans l'Archevêché en l'année 1713. & 1714.* Cùm in dicto Brevi Epiſcopis, quibus poteſtas judicandi in materiâ ad fidem, ad mores, ad diſciplinam pertinente, à Chriſto immediatè tradita eſt, ſolum exequendi Decreta Romani Pontificis miniſterium relictum eſſe videatur.

Quòd Cenſurâ feriantur Propoſitiones, quæ ſanctorum de Pœnitentiâ Canonum genuinam mentem ac ſpiritum omnem exprimunt, adeóque veras continent Pœnitentiæ leges Summorum Pontificum, Cleri Gallicani, & ſanctiſſimorum quorumque Præſulum autori-

tate

tate comprobatas, à quibus pendet, & legitima Sacramenti adminiſtratio, & ſalus æterna fidelium; nimirùm differendam eſſe reconciliationem iis peccatoribus, qui nondùm habent ſpiritum pœnitentiæ & contritionis, nec portant cum humilitate nec ſentiunt peccati ſtatum. Sunt autem Propoſitiones illæ quæ ſequuntur:

87. *Modus plenus ſapientiâ, lumine & caritate, eſt dare animabus tempus portandi cum humilitate, & ſentiendi ſtatum peccati, petendi ſpiritum pœnitentiæ & contritionis, & incipiendi ad minus ſatisfacere juſtitiæ Dei antequam reconcilientur.*

88. *Ignoramus quid ſit peccatum & vera pœnitentia, quando volumus ſtatim reſtitui poſſeſſioni bonorum illorum quibus nos peccatum ſpoliavit, & detrectamus ſeparationis iſtius ferre confuſionem.*

Quòd eadem Conſtitutio, firmiſſima Chriſtianæ morum diſciplinæ fundamenta, ipſumque divini amoris maximum & primum mandatum convellat, *Matth. c. 22. ℣. 38.* damnatis iis vocibus *a*, quibus ſignificatur amoris divini neceſſitas; tùm ad perficiendam voluntatis converſionem, *a Prop. 61.* tùm ad peragendas, ſicut præceptum eſt, actiones noſtras, eas ſcilicet ad Deum tanquàm ad finem ultimum, actu

actu aut virtualiter referendo. Id manifeſtè apparet ex damnatis aliquot Propoſitionibus ſicuti ex hac 44. quæ verbis ſancti Leonis *a* Papæ, plurimorum ſanctorum Patrum *b*, & Cardinalis Staniſlai Hoſii *c* unius è Concillii Tridentini Præſidibus, planè ſimilis eſt: *Non ſunt niſi duo amores, undè volitiones & actiones omnes noſtras naſcuntur; amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; & amor quo nos ipſos ac mundum diligimus, qui, quod ad Deum referendum eſt, non refert, & propter hoc ipſum fit malus.*

Prop. 44. 46. 47. 49. 53.

a Serm. 5. de jejunio ſeptimi menſis.

Quòd aliæ præterea Propoſitiones, quas ſigillatim recenſere præſentis inſtrumenti anguſtiæ non ſinunt, cenſurâ configantur, quæ tamen nihil aliud prædicant quàm neceſſitatem, excellentiam, fructus & conſectaria caritatis, quæ eſt *finis præcepti*, & *ſine quâ nihil nobis prodeſt*. Quibus in Propoſitionibus vox illa (CARITAS) eodem planè ſenſu, ac paſſim apud Scripturam & ſanctos

1. Epiſt. ad Timot. c. 1. ℣. 5. 1. Epiſt. ad Cor. c. 13.

b *S. Aug. lib. 9. de Trin. cap. 7. & 8. S. Fulg. lib. 1 ad Monim. c. 18. S. Greg. Magn. lib. 18. Moral. c. 9 aliàs 8*

c *Confeſſio Catholicæ fidei Chriſtianæ Petricovienſis Synodi nomine à Domino Staniſlao Hoſio Cardin. Epiſcopo Varmienſi conſcripta. c. 76.*

ſanctos Patres *a*; hoc eſt pro quolibet amore caſto, etiam actuali & inchoato, uſurpatur.

Quòd iſtâ variarum Propoſitionum cenſurâ, non ſolùm deferveſceret ſacer ille ignis, quem venit mittere in terram Chriſtus Dominus; ſed etiam eriperetur divina illa lux, quam poſſunt Fideles cujuſcumque ætatis, ſexûs & conditionis percipere ex piâ lectione Scripturæ Sacræ, *quæ communiter omnibus proponitur.* *S. Thom. 1. p. q. 1. a. 9.*

Quòd prædictâ Conſtitutione damnatæ ſunt, ac reprobatæ variæ Propoſitiones, quorum aliæ idipſum præ ſe ferunt, quod Prophetæ, Apoſtoli & ſancti Patres nobis tradiderunt circa Veteris ac novi Teſtamenti diſcrimen: aliæ hoc ipſum indicant, quod primo Symboli articulo comprehenditur, teſte ſancto Auguſtino *b*, ſcilicet « voluntate » cujuſpiam creaturæ, voluntatis Om» nipotentis non impediri effectum: aliæ » demùm eam doctrinam complectuntur

a *S. Aug. lib. de ſpir. & littera c. 4. lib. de gratia Chriſti c. 21. & alibi.*

*Eſtius Comment. in 1. ad Corint. 13.*

*Adde cenſuras adverſus Apologiam Caſuiſtarum à variis Epiſcopis Galliæ latas, & Theologos Lovanienſes in articulis ſub* Innocent. *Papa* XI. *& alios.*

b *S. Aug. Enchir. c. 96. tom. 6. pag. 231. & 232.*

*Clem. VIII. in Scripto.* tur, quam profeſſi ſunt ſancti Doctores, ac ipſi etiam Summi Pontifices docuerunt, tùm circa alia capita, tùm circa » auxilium illud ad ſingulos actus » neceſſarium, quod habet ſuam efficaciam ab omnipotentiâ Dei, & à Dominio quod ſumma Divina Majeſtas » habet in voluntates hominum, ſicut » in cætera omnia quæ ſub cœlo ſunt: ſeu quemadmodum Concilia *a*, etiam Generalia loquuntur » quo Deus per » Jesum Christum jungit nos » ſibi efficaciter ſolius ſuæ gratiæ dono, ſtante ſemper liberâ diſſentiendi poteſtate. *b*

Quòd dicta Conſtitutio, notas, & quidem aſperrimas & atrociſſimas inurat indiſcriminatim Propoſitionibus, quarum complures ipſiſmet Scripturæ, Conciliorum, Summorum Pontificum, Sanctorumque Patrum vocibus conſtant. Talis eſt Propoſitio vigeſima ſeptima.

27. *Fides eſt prima gratia, & fons omnium aliorum*: quæ omninò ſimilis eſt & congrua his verbis Sancti Auguſtini *c*; *Quam gratiam primò accepimus*

a *Tom. 12. Concil. Labb. col* 285.
b *Concil. Trid. ſſ. 6. can* 4.
c *S. Aug. Tract. 3. in Joan. n. 8.* Idem *alibi*.

*pimus* ? *Fidem* : his verbis Concilii Tridentini : *a Fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis juſtificationis* : his verbis Bonifacii Papæ II. *b Certum eſt atque Catholicum, quia in omnibus bonis quorum caput eſt fides, nolentes nos miſericordia divina præveniat* : Verbis denique complurium aliorum S. S. Patrum quæ ipſius Scripturæ ſacræ ſententiis conſonant. Talis eſt etiam Propoſitio duodecima.

12°. *Quando Deus vult ſalvare animam, quocumque tempore, quocumque loco, effectus indubitabilis ſequitur voluntatem Dei.* Quæ ipſamet ſancti Proſperi *c*, ſententia eſt, è Latinis verſibus in Gallicos tranſlata, ac in eo ipſo libro unde excerpta eſt hæc Propoſitio, ſub nomine ſancti illius Doctoris citata, & quam conſtans ac perpetua docuit Eccleſiæ tùm Occidentalis, tùm Orientalis Traditio. *d*

Tales ſunt complures aliæ Propoſitiones, quæ nihil aliud exhibent, quàm ſermonem uſitatum in ſacris Libris, conſecra-

a *Concil. Trid ſſ. 6. c. 8.*

b *Bonif. II. Epiſt ad Cæſarium Arelat. tom.* 10. *in appendice S. Aug pag* 161

c *S. Proſper. carmine de ingratis, cap.* 13.

d *Liturgia S. Baſilii.*

conſecratum Traditione perpetuâ ſæculorum omnium, uſuque fidelium conſtantiſſimo confirmatum.

Quòd ab iis qui Propoſitiones illas damnandas Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ obtulerunt, in alienos ſenſus fuerint detorta autoris verba, falsâ interpretatione in Latinam linguam tranſlatæ ſententiæ, non ſatis ſincerâ fide è Libro excerptæ Propoſitiones, & autori inaudito ac indefenſo, quanquàm ut audiretur poſtulare non deſierit, atrociſſimæ inuſtæ notæ; non ſatis conſultum honori Eminentiſſimimorum ac Illuſtriſſimorum hujuſce operis Approbatorum; eâ demùm ratione ac formâ, latum fuerit Decretum illud, quâ ſemel admiſsâ, nec liber ullus, nec autor intactus ac tutus deinceps eſſe poſſet.

His atque aliis quàm plurimis de cauſis, quas parati ſumus tempore & loco & debitis fuſiùs exponere, Nos *ad Dominum noſtros animos dirigentes, multam fiduciam ob ipsâ quam ſequimur, veritate* » concipientes » *non omittentes omnia agere, quæ auxiliante Dei gratiâ, credimus profutura* *, donec ſedatâ

* *S. Leo Pap. Epiſt. 44. aliàs 30. ad Julianum Epiſc. Coënſem.*

ſedatâ » turbidæ nubis procellâ . . . . . » radios ſuos veritas per univerſa diffundat » ; firmâque fide certi » quòd Sanctæ Eccleſiæ ſuæ , nec deſit, nec defutura ſit divina protectio » : * præmiſſis expreſſè proteſtationibus , quòd nihil unquam dicere, atque etiam ſentire intendimus contra Unam, Sanctam, Catholicam, Apoſtolicam & Romanam Eccleſiam , ſanctæque ſedis Apoſtolicæ autoritatem , cui ad extremum uſque ſpiritum indivulsâ communione adhæſuros nos eſſe profitemur , quòdque à debitâ Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ legitimâ reverentia nuſquàm ſumus diſceſſuri ; AD LAUDEM Dei Omnipotentis , conſervationem & exaltationem Catholicæ fidei & antiquæ doctrinæ , pacem ac tranquillitatem Eccleſiæ & Regni , defenſionem jurium Epiſcopalium , ac Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ , à prædicta Conſtitutione cui titulus : *Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ undecimi , Damnatio quamplurium Propoſitionum excerptarum ex libro Gallico idiomate impreſſo , & in plures tomos diſtributo , ſub titulo* : Le Nouveau Teſtament en François , avec des Réflexions

* *Idem Epiſt. 45. aliàs 22. ad Conſtantinop.*

flexions Morales ſur chaque verſet, &c. à Paris 1699. *Ac aliter*: Abregé de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epitres de S. Paul, des Epitres Canoniques & de l'Apocalypſe; ou Penſées Chrétiennes ſur le Texte de ces Livres ſacrez, &c. à Paris 1693. & 1694. *cum prohibitione ejuſdem libri, & aliorum quorumcumque in ejus defenſionem, tàm hactenùs editorum, quàm in poſterùm edendorum*, quæque incipit his verbis, *Unigenitus Dei Filius*, data Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, ſexto Idus Septembris, Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ undecimi anno decimo tertio, & ab omnibus indè ſecutis & ſecuturis, tàm pro nobis, quàm pro omnibus adhærentibus nobis, & adhæſuris in hac parte, Provocamus & Appellamus ad futurum Concilium Generale legitimè ac in tuto loco congregandum, & quod liberè & cum ſecuritate nos, vel à nobis deputandi adire poſſimus, & ad illum vel illos, ad quem vel quos pertinet de hoc genere cauſarum ferre judicium.

Et ne dictus Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Clemens Papa undecimus, pravâ obrepentium quorumdam inſi-

inſinuatione permotus, contra nos, Eccleſias, Parochos & ſubditos noſtros quoquo modo procedat aut procedi faciat ſuâ aut aliâ autoritate quâcumque, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, privando vel alio quovis modo; & ut noſtri, adhærentium nobis, & adhærere volentium ſtatus in omnibus ſalvi debeant remanere, pro nobis, Eccleſiis, Parochis, & ſubditis noſtris, ac pro nobis adhærentibus, ſeu adhærere volentibus in hac parte, ab omnibus & ſingulis gravaminibus prædictis ſeu illatis ſeu inferendis, ad prædictum futurum Concilium Generale, & ad illum vel illos ad quem vel quos de jure fuerit appellandum, provocamus & appellamus in ſcripto, & *Apoſtolos* cum inſtantiâ petimus; ſupponentes nos, Eccleſias, Parochos, ſubditos noſtros, adhærentes nobis, & adhærere volentes, & ipſorum ſtatum & jura protectioni Dei, & Univerſalis Eccleſiæ, ac prædicti Concilii Generalis; & Proteſtantes de innovando appellationem hujuſmodi, ubi, & quando, & coram quibus nobis viſum fuerit expedire. Actum Pariſiis anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo ſeptimo, die Martii primo,



Digitized by Google

coram Notariis publicis infrà ſcriptis.

*Les Notaires étoient Maſſon & Touvenot.*

## XVI.

P 145. & 155. II. Part

## *Breve Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ XI.*

*Venerabili Fratri Michaëli, Epiſcopo Andegavenſi.*

## CLEMENS PAPA XI.

VEnerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eodem penè tempore, quo gravi cum animi noſtri mœrore intelleximus Theologicas Facultates Pariſienſem & Nannetenſem eò temeritatis proceſſiſſe, ut quæ pro muneris ſui debito antea egerant in obſequium noviſſimæ Conſtitutionis noſtræ, cujus initium eſt, *Unigenitus Dei Filius*, non ſine ingenti earum exiſtimationis labe, parique Chriſti Fidelium offenſione impudentiſſimè abrogaverint; omnipotens Deus verè pius, verè miſericors, effecit, ut doloris noſtri levamen acceperimus, quâ alacritate ex oppoſito Theologica Facultas Andegavenſis ſuam ipſimet noſtæ Conſtitutioni obedientiam palam, ac in oculis omnium decla-

declaravit. Primùm itaque divinæ bonitati, ut par erat, gratias egimus, & nunc Fraternitati tuæ peculiarem, intimumque gratæ mentis noſtræ ſenſum explicamus, ſatis compertum habentes, quàm enixè ſingulari tuo compellente zelo, eandem Andegavenſem Facultatem, ad oſtendendam tam neceſſario tempore, ac in lucem proferendam veterem ſuam erga Apoſtolatum noſtrum devotionem incitaveris. Illud inſuper à te flagitamus, ut prædictæ Facultatis Doctoribus, non modò paternam noſtram erga ipſos, hoc præſertim nomine, propenſam voluntatem prolixè teſteris, verùm etiam luculenter aperias præcipuum, quo tenemur, deſiderium, eorum rationibus, quoties occaſio ſuppetet, ſuffragandi. Id porrò tibi ipſi præſtare vehementiùs cupimus, non dubitantes quin ſpectata virtus tua, quæ magnâ cum tui nominis laude, in errorum extirpationem, orthodoxæque doctrinæ tutelam ſtrenua hactenus incubuit, egregio propoſito majori ſemper contentione ac ſtudio etiam in poſterum Deo benè juvante conſtanter inſiſtat. Ad nos prçterea quod pertinet, omne tibi à Pontificiâ autoritate & à Paternâ charitate noſtrâ præſidium polliceri debes, tibique, venerabilis Frater,



Digitized by Google

ac per te præfatæ Faculati Andegavenſi apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 1. Maii 1716. Pontificatûs noſtri anno XVI.

## XVII.

P. 255. II. Part

## *Lettre du Pape à tous les Fideles, au ſujet de la Conſtitution* UNIGENITUS.

*Clemens Epiſcopus, univerſis Chriſti Fidelibus ſalutem, &c.**

UNiverſi Dominici gregis impoſita nobis divinitùs paſtoralis cura nos admonet ut animarum ſaluti per omnes mundi Eccleſias procurandæ ac præſertim Orthodoxæ fidei, *ſine quâ impoſſibile eſt placere Deo*, puritati ſervandæ omni ſtudio advigilemus. Ea propter cùm in quibuſdam ultra montes Provinciis, & præcipuè in florentiſſimo Galliæ

* Cette Piéce n'a encore paru que manuſcrite & ſans datte, on l'inſere dans ce Recueil comme une preuve de la neceſſité où la Faculté s'eſt trouvée en adherant à l'Appel des 4. Evêques, de ſe mettre à couvert de toutes les Procedures ou griefs qui pourroient venir de la part du Pape.

Galliæ regno, varia pravarum doctrinarum, imò & hæreſum ſemina damnati cujuſdam Libri occaſione germinare cognoviſſemus, iiſdem eradicandis Apoſtolicæ noſtræ ſollicitudinis partes adjuvante Domino interpoſuimus.

Quæ verò, & quanta in hoc arduo graviſſimoque negotio per plures annos egerimus, ſuſtinuerimus, & paſſi fuerimus, quæve inobedientium hominum, & nonnullorum (quod valde dolentes dicimus) illuſtrium etiam Eccleſiarum Antiſtitum veritati non acquieſcentium operâ in idem regnum mala provenerint, tametſi vobis ferè omnibus minimè ignota eſſe exiſtimemus, pleniùs tamen cognoſcetis ex aliis noſtris in formâ Brevis Litteris dudum urgente nos charitate Chriſti, ad venerabiles Fratres Archiepiſcopos & Epiſcopos ejuſdem regni dedimus, tenoris qui ſequitur, videlicet foris, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis regni Galliarum. Intus verò, Clemens Papa XI. Venerabiles Fratres ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Tertius jam annus, &c. inſerantur.

P 3. de ce Recueil

Speravimus quidem uberem ex præinſertis noſtris Litteris fructum junctoque nobiſcum præclariſſimorum Galliæ

liæ Præſulum zelo, qui maximo ſanè numero pro veritate certabant, ac inſuper valido quod dilectiſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Dux Aurelianenſis regni Rector nobis ſeu veriùs Catholicæ Religioni, Eccleſiæque unitati per quam Reipublicæ quoque felicitas ſecura conſiſtit, ampliſſimè pollicebatur, præſidio factum iri ut diſſidentes Fratres quod nobis adeo in votis erat, lucrari poſſemus.

Verùm ſpe ſtatim noſtrâ fruſtratos nos vidimus, dolenteſque clamare coacti ſumus. Suſtinuimus pacem & non venit, quæſivimus bona, & ecce turbatio, & ſanè talis, ut qui ex adverſo erant, mundanâ potentiâ freti, ne illæ etiam noſtræ, & hujus ſanctæ Sedis voces ad alios Eccleſiarum Præſules devenirent, variis adinventionibus impedire tentaverint.

Non tamen propterea concidimus animo, nec adhuc à mitioribus conſiliis receſſimus, probè memores divini illius moniti, *diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Nihil idcirco curavimus quomodo interim homines modum hunc agendi noſtrum interpretarentur, quippe qui ſciremus Deo æquè per infamiam, & bonam famam ſerviendum eſſe. Hinc ut errantes ad viam juſtitiæ ſua-

ſuaviter revocaremus, non tamquam *dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis*, ex animo, iteratis ſæpiùs adhortationibus noſtris etiam preces addidimus, eumdemque in ſcopum manu noſtrâ conſcriptis Litteris ea omnia paternæ lenitatis officia implevimus quæ ſuggerere nobis potuit charitas illa quæ patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Verùm hæc omnia felicem illum quem ſummopere præſtolabamur exitum minimè habuerunt. Obſcurati ſi quidem ſunt illorum, oculi ne viderent, ac obturatæ ſunt aures, ne audirent, adeo ut nonnulli eorum non ſine bonorum omnium luctu, Eccleſiæque hoſtium plauſu, ad ea etiam devenire auſi fuerint, quæ omnes ex vobis quibus illa innotuerunt, improbaſſe non dubitamus, quæque ipſimet qui ea perpetrarunt, à nobis & à ſanctâ Romanâ Eccleſiâ palam atque perpetuo execrari debere non ignorabant.

Quare nos in ſupremo, nullique terrenæ poteſtati obnoxio divini Paſtoris mandato deeſſe nec poſſumus, nec debemus, quo & illius oves paſcere & fratres noſtros confirmare præcipimur, alacri animo reputantes quòd *Verbum Dei non eſt alligatum*, poſtquam diu tentatis fruſtra conſiliis pacis hucuſque ſilui-

ſiluimus adhuc ulteriùs tacere nobis non tutum, Chriſtiano autem populo perniicioſum fore cenſemus. Intonat enim auribus noſtris tremenda Domini vox. *Speculatorem dedi te domui Iſraël, ſi me dicente ad impium, morte morieris, non fueris locutus, ſanguinem ejus de manu tua requiram.* Ut ergo liberemus animam noſtram, præcepto Domini obtemperantes, paternam vocem noſtram è ſublimi Sedis Apoſtolicæ ſpecula quaſi tubam exaltare decrevimus ad vos omnes Chriſti fideles, quo primùm quidem doloris noſtri participes, veſtros nobiſcum ad Deum preces adhibeatis, ut ſupernâ adſpirante gratiâ, qui hactenus contumaces fuerunt, non ulteriùs *alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*, ad ſanæ cum cæteris orthodoxæque Doctrinæ veniant unitatem. Hoc nempè ex animo unicè quærimus, hoc dies, noctesque, nec ſine lachrymis à Domino imploramus. Neque enim obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, nec ſancta Romana Eccleſia filios & fratres ſuos.

Deinde ne quis Chriſtianum populum ſeducere pergat inanibus verbis, neceſſariò vos omnes duximus admonendos, quòd fruſtra, & quidem non ſine fermento malitiæ, & nequitiæ, iſtius modi homines ſe nobiſcum in doctrina conſen-

ſentire magnificè oſtentant, dum reipſâ à Catholicorum exemplo præeunte, ut perverſa illa dogmata quæ ab hac ſuprema Beati Petri Cathedrâ per editam à nobis Conſtitutionem damnata univerſus planè Catholicus orbis exhorruit, impunè adſtruere valeant, non modò alienis ab ipſo verborum tenore interpretationibus, ſed & apertis mendaciis, atriſque calumniis ſuperinductis, orthodoxorum S. R. E. doctrinam in eadem Conſtitutione noſtra contentam malignè carpere, imò & immanium errorum accuſatione perſtringere non erubeſcant, perinde ac ſi ſoli ipſi, cæteris ubique gentium deſipientibus, ſaperent, ipſi ſoli reliquis cæcutientibus lumen veritatis aſpicerent. Utque faciliùs incautis illudant, cùm hæc ipſa moliuntur, prædictæ Conſtitutioni nequaquam adverſari, ſed ſolas declarationes in rebus tamen apud cæteros omnes clariſſimis poſtulare ſe ſimulant, non quidem diſcere, ſed tentare cupientes, ut Eccleſiam ſi poſſint quæſtionibus inutilibus & interminatis immiſceant, & luci Catholicæ veritatis tenebras quoquo modo obſcuritatis offundant.

Ita planè, patientiâ noſtrâ abutentes Apoſtolicæ autoritati obſequium ac reverentiam exhibere ſe jactant ea ipsâ

tame-

temeritate quâ illam impudentiſſimè contemnunt. Iiſdem ſiquidem explicationibus quas quærunt ſatis apertè oſtendunt Conſtitutioni noſtræ quam univerſa Eccleſia complectitur & veneratur, non priùs ſe debitam obedientiam delaturos quàm declarantibus nobis certo reſciverint per illam neque Catholica dogmata convelli, neque laudabilem & ab ſancta Sede probatam Eccleſiaſticam diſciplinam infringi, neque demum Chriſtianæ illius inſtitutionis quæ de moribus eſt, ſolidiora fundamenta ſubverti, quaſi ſcilicet apertâ perfidiâ vereantur ne defecerit fides Petri, totaque Chriſti Eccleſia Magiſterio Apoſtolicæ vocis imbuta à via veritatis & ſalutis erraverit.

Præterea ut peſſimæ cauſæ ſplendidum Patrocinium concilient, noſtræque Conſtitutioni majorem undequaque invidiam faciant, ſe ab ea ſuſcipienda retardari audacter affirmant, eo quod ſuſpicentur per illam rejici doctrinas inſignium Catholicarum Scholarum autoritate ſubnixas, cùm tamen niſi ab antiquis ſemitis, ſanctorumque Patrum veſtigiis, imo & ab earumdem Scholarum inſtituto quod verbis profitentur, reipsâ receſſiſſent, probè reminiſci deberent, quòd illarum principes quorum nomina

nomina pertinaciæ ſuæ temerè prætendunt, quemadmodum & cæteri Eccleſiæ Scriptores ſuum ſemper eſſe duxerunt ut ab Apoſtolica ſede diſcerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent, ut ad illam ſcripta ſua emendanda dirigerent, ut inde lumen Catholicæ fidei reciperent ubi non poſſit fides ipſa ſentire defectum, nec eorum quiſquam ſententiam ſuam adverſus Petri autoritatem defenderet.

Cæterum in hac ipſa perverſitate judicii conſuetam etiam produnt calumniæ malignitatem. Enim verò niſi excæcaſſet eos malitia eorum, ac niſi diligerent magis tenebras quàm lucem, ex iis dumtaxat, quæ in ipſa Conſtitutione præfati fuimus, dum diſertè ediximus Propoſitiones in ea reprobatas, aut pridè damnatos, aut novè adinventos errores continere, ſatis ſuperque inferre potuiſſent nequaquam per eam illa proſcribi quæ nec nova ſunt, nec aliàs damnata fuerunt. Verùm ſupercecidit ignis contentionis & æmulationis, & non viderunt ſolem lucidiſſimæ veritatis.

Hinc juſto Dei judicio ámbulantes in tenebris neſciunt planè quò vadant. Scandalum ſiquidem de Conſtitutione noſtra comminiſcuntur, ſeſe ad ipſos veriùs de pervicaci ſuâ inobedientiâ

ſcandalum facere non agnoſcunt. Sacroſanctam Epiſcopatus dignitatem exaltare velle ſe ſimulant, ſed reipſâ deprimunt dum fraternitatem ipſi contemnunt, & ſæculi Magiſtratibus ad ignominiam uſque proſtituunt ſeverioris diſciplinæ gloriam captant & inquieti, elati, majoribus non obedientes omnia diſciplinæ jura ſubvertunt. De veteris ac novæ Legis diſcrimine tanquam de re ſolis ipſis perſpectâ multa philoſophantur, & utriuſque Legis plenitudinem, quæ dilectio eſt, non conſiderant. Charitatem nulli impenſiùs laudant, nulli impudentiùs violant. Divinæ gratiæ virtutem prædicant quam Catholicus nullus negat, ſed damnatis erroribus adhærentes ſpiritui gratiæ contumeliam faciunt.

Quod verò intolerabilius eſt ac de puſillorum ſcandalo ſollicitos acerbiùs excruciat, illud eſt quod dum plerique eorum palam hæc *faciunt vel conſentiunt facientibus*, adhuc ſpecioſo quodam exterioris pietatis amictu ſe contegunt, atque à ſectatoribus ſuis eximiæ virtutis à ſanctimoniæ laudibus celebrari ſe ſinunt. Quare nos pernicioſam hanc larvam quæ animabus pretioſo Chriſti Sanguine redemptis certum parare poſſet exitium, palam detrahere, urgente nos Apoſtolici Miniſterii debito, volentes

ipſos primùm aberrantes fratres, ut aliàs ſæpè privatim fecimus, publicè modò & coram Universâ Eccleſiâ ſedulò & paternè admonemus, ne ſibi ulteriùs de falſâ pietatis imagine blandiantur, perinde ac ſi nimirum vera virtus abſque Chriſtianâ humilitate, pietas abſque obedientiâ, ſanctitas demum poſſet abſque charitate conſiſtere. Porro quæ humilitas, ſenſum proprium communi fraternitatis ſententiæ quin & ſupremæ Beati Petri Cathedræ judicio obſtinatè præferre? Quæ obedientia, Apoſtolicis definitionibus reluctari? Quæ tandem charitas, injuriis & contumeliis agere, mendacia, iras, rixas, & contentiones ubique diſſeminare?

Reliquos deinde vos omnes per Univerſam Eccleſiam Chriſtianæ fidei cultores ipſius Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti nomine & verbis pariter admonemus, *attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium.* Quâ verò ratione tales certò dignoſcere debeamus, ipſemet, cujus vocibus flentes loquimur, Salvator noſter edixit: *A fructibus eorum cognoſcetis.* Qui autem fructus ex paucorum Præſulum, quos inconſulta errantium turba ſubſequitur, contumaciâ provenerint, nemo eſt qui ignoret. Nos quidem fru-

ctus hujuſmodi cum non ſine intimo paterni cordis noſtri dolore cogitare poſſimus, prolixiùs referre abſiſtimus. Nolite ergo, filii dilectiſſimi, noſque potiſſimùm qui ut loco ita & periculo proximiores eſtis, nolite effici participes eorum. Nolite *omni ſpiritui credere*. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, ſed ſanam & orthodoxam S. R. E. quæ ſacrum fidei depoſitum intemeratè ſervat, tutò ſequimini & firmiter cuſtodite.

Nos verò quos cæteris zelo domûs Dei, non minùs quàm dignitate præire oportet, ut ingruentium tot malorum gravitati, quæ ſeveriorem profectò merentur juxta omnes Canonicas ſanctiones diſtrictionis habere cenſuram, aliquâ ſaltem ratione interim proſpiciamus donec miſericors Deus efficaciorem curationis adaperiat viam, ne paſtores hujuſmodi errantes & in errorem mittentes diſperdere & dilacerare gregem Domini, nemine cohibente, proſequantur, & ne iſtorum exceſſus noſter videatur aſſenſus, horrorem ſaltem ac deteſtationem quam de tantâ fratrum ac filiorum diſſidentium contumaciâ concipimus, palam edicere atque explicare ſtatuimus.

Noverint ergo univerſi qui per totam Dei

Dei Eccleſiam Catholico nomine gloriantur, nos qui unigeniti Filii Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti vices, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio in terris gerimus illos omnes quicumque ſint & quamvis Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut aliâ quâlibet etiam Cardinalatûs dignitate præfulgeant, qui memoratæ Conſtitutioni noſtræ omnimodam obedientiam præſtare hactenus recuſarunt, aut in poſterum recuſare auſi fuerint, ut veros noſtros & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ (quam omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram in ipſa orthodoxæ fidei profeſſione, Catholicus quiſque confitetur) filios non agnoſcere, neque ut nobis & Beati Petri Cathedræ, quod falsò autumant, adhærentes & conſentientes, ſed contra potiùs, ut apertè contumaces, atque inobedientes reputare; & quoniam primo ipſi à nobis & Sanctâ Romanâ Eccleſiâ, non quidem verbis, ſed factis pertinaci cordis obduratione receſſerunt, nos quoque illos ut à noſtrâ & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ charitate ſegregatos deinceps à nobis habendos eſſe decrevimus. Nullum proinde nobis eſt ipſi S. R. E. cum illis commercium Eccleſiaſticum extiturum; donec (quod faxit Deus) integrè reſipiſcant, rejectâque

 penitus

penitus audaciâ diſputandi, per veram obedientiam quam nobis jurejurando toties profeſſi ſunt, priſtinæ charitatis & gratiæ communioni ab eadem Apoſtolica Sede reſtitui mereantur.

Ad vos poſtremò, Venerabiles Fratres, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterique omnes Eccleſiarum Præſules, gaudium noſtrū & corona noſtra, ſermonem noſtrum convertimus, exhortantes vos & obſecrantes in Domino ut paternam ſollicitudinem noſtram in revocandis ad ſaniora conſilia paucis diſſidentibus Fratribus efficaciùs adjuvetis, ita ut vobis indivulſam cum ſanctâ Romanâ Eccleſiâ in doctrinâ fidei unitatem, quod jam plerique veſtrûm egregiè ac cum immortali nominis veſtri laude præſtitiſtis, firmiſſimè profitentibus, Chriſtiani omnes agnoſcant longè vos eſſe ab iis qui elongaverunt ſe à nobis, eorumque inobedientiam unà nobiſcum averſari & improbare, eoſque niſi reſipuerint, à fraternæ ſocietatis charitate prorſus abjicere. Utinam qui paternis hactenùs humilitatis noſtræ vocibus reluctati ſunt, vobis omnibus non modò arguentibus, obſecrantibus & increpantibus, ſed & ab eorum conſortio abſtinentibus, *erubeſcant, confundantur, & convertantur*, detque illis Deus pœnitentiam ad cognoſcen-

gnoſcendam veritatem, ut ſecundùm Apoſtolicam doctrinam idipſum tandem dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, ſimus autem perfecti in eodem ſenſu & in eâdem ſententiâ, auxiliante nobis per omnia gratiâ Domini noſtri *Jeſu Chriſti, qui vivit & regnat cum Deo Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.* Vobiſque omnibus intimo paterni noſtri cordis affectu Apoſtolicam benedictionem impertimur.

Volumus autem ut præſentium Litterarum tranſſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatorio, die.. * .. M. DCC. XVIII. Pontificatûs noſtri anno XVIII.

* Quelques-uns pretendent que la datte eſt du 7. Juin.

## XVIII.

P. 179. II. Part & pag. 22 III. Partie.

## *Relation abregée de la maladie & de la mort de Monſieur Ravechet, Docteur de la Maiſon & Societé de Sorbonne, & Syndic de la Faculté de Theologie de Paris.*

LE Public * a pris une ſi grande part à la maladie & à la mort de Monſieur Ravechet, & a témoigné un empreſſe-

* L'Univerſité de Paris fut ſi vivement touchée de l'exil de M. Ravechet, que pluſieurs de ſes Suppôts s'expliquant dans une Aſſemblée tenuë ſur la neceſſité où elle étoit d'adherer à l'Appel des quatre Evêques, furent d'avis, que dans la députation qu'elle ordonneroit pour cette affaire à M. le Duc Regent, M. le Recteur conjureroit cet Auguſte Prince au nom de toute l'Univerſité qui lui eſt ſi dévoüée, de vouloir bien rappeller l'illuſtre M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Theologie qui paroît n'avoir fait, que ce qu'exigeoit de lui le devoir de ſa Charge, l'amour de la Religion, & ſon zele pour la verité.

*Præterea Regiam Principis benignitatem nomine totius Univerſitatis ei obſequentiſſimæ obſecret Ampliſſimus Rector, pro reditu Clariſſimi Viri Magiſtri Ravechet, Sacræ Facultatis Syndici, qui videtur id feciſſe,*

empreſſement ſi extraordinaire d'être informé des dernieres actions de ſa vie, & des particularitez de ſa mort, qu'on n'a pû ſe reſoudre à lui faire part des dernieres précautions qu'il a priſes pour mettre ſa Foi à couvert, ſans l'informer en même tems de ce qui a précedé & ſuivi des démarches ſi pleines de ſageſſe, & ſi dignes d'être propoſées pour exemple en de ſemblables rencontres.

Monſieur Ravechet arriva à Rennes le 11. du mois paſſé. A peine la nouvelle, qu'il devoit arriver en cette ville, fut elle répanduë, que les perſonnes

*quod officii ratio, Religionis, Patriaque amor ſuaſit & ſtudium veritatis.* Ce ſont les termes rapportés dans la Concluſion de la Nation de Picardie. La Faculté des Arts qui faiſoit originairement l'ancien Corps de l'Univerſité, eſt diviſée en quatre Nations, parce qu'anciennement on y venoit étudier de toutes les parties de l'Europe. La premiere eſt celle de France. La ſeconde, de Picardie. La troiſiéme, de Normandie. La quatriéme, d'Allemagne.

Les Docteurs de la Faculté de Theologie de Nantes donnerent auſſi des marques publiques de l'eſtime parfaite qu'ils faiſoient de M. Ravechet, par un Service ſolemnel qu'ils firent celebrer pour lui dans l'Egliſe des Peres de l'Oratoire. Le Clergé y aſſiſta en grand nombre, avec pluſieurs perſonnes de diſtinction de la Ville.

ſonnes du premier rang ſe préparerent à aller au devant de cet illuſtre Exilé. Madame la Preſidente de Marbœuf ſe diſtingua en cette rencontre ; & les Reverends Peres Benedictins de l'Abbaye de Saint Melaine montrerent en cette occaſion un zele qui leur a fait beaucoup d'honneur dans le Public. Ils furent les premiers qui joignirent Monſieur Ravechet ; & l'ayant prié de monter dans un caroſſe d'un de leurs amis, ils le conduiſirent dans leur Monaſtere.

D'abord que M. Ravechet y fut arrivé, il ſe fit conduire à l'Egliſe, où il alla adorer le Saint Sacrement. Dés le ſoir & le lendemain matin, un grand nombre de perſonnes les plus diſtinguées envoyerent demander de ſes nouvelles, & lui offrir leurs caroſſes pour faire ſes viſites. Il alla dés ce jour chez Monſieur le Maréchal de Monteſquiou, & chez Monſieur l'Intendant, qui le reçurent avec toutes les marques poſſibles d'eſtime & d'amitié, & lui témoignerent qu'il pouvoit ſéjourner à Rennes autant de tems qu'il le jugeroit neceſſaire pour le ſoulagement de ſa ſanté.

Monſieur Ravechet ſe ſentit vivement attaqué au retour de ſes viſites, de la maladie qui a terminé ſa vie, pendant laquelle il a donné toutes les marques de

de la patience la plus invincible, & de la pieté la plus conſommée. Il ne lui a pas échapé une plainte au milieu des douleurs les plus aiguës, & uniquement occupé à conſommer le ſacrifice d'un corps qu'il immoloit à Dieu depuis long-tems par les exercices de la penitence: Il faut ſouffrir, diſoit il aux perſonnes qui l'environnoient, & d'une maniere humiliante, Dieu le veut; c'eſt par le chemin de la Croix & des ſouffrances qu'il faut aller à lui.

D'abord qu'il ſe ſentit attaqué, ſa premiere attention fut de demander les Sacremens de l'Egliſe; & malgré ſa grande foibleſſe, & les vives douleurs que lui cauſoit le mal dont il étoit atteint, il ſe fit revêtir de ſa Soutane prit ſon Surplis, & voulut recevoir à genoux ſur le pavé le Saint Viatique. Ce fut alors qu'il fit la Profeſſion de Foi qui a déja paru dans le Public, & que l'on donne ici dans la derniere exactitude, telle qu'il l'a confirmée le jour même de ſa mort. Depuis ce tems M. Ravechet ne fut plus occupé que de l'Eternité, & ſon cœur plein de la joye que donnent une bonne conſcience, & la conſolation de ſouffrir pour la cauſe de Jeſus Christ, ne fit plus à Dieu d'autre priere, que celle du Vieil-

lard

lard S. Simeon : *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, &c.*

Dieu a écouté la priere de ſon ſerviteur, parce qu'elle ne partoit pas de lévres trompeuſes, mais d'un cœur plein du deſir d'aller à lui, & de lui offrir ſon dernier ſacrifice. Le 24. d'Avril 1717. ſur les dix heures du matin il le rappella de l'exil de cette vie pour l'introduire dans ſa veritable patrie. Sa mort a été ſemblable en tout à la mort des Juſtes, douce & tranquille pour lui, amere pour tous les gens de bien, qui s'intereſſent à l'avantage de l'Egliſe, à laquelle M. Ravechet a rendu des ſervices ſi importans.

Les RR. PP. Benedictins de Saint Melaine, & toutes les perſonnes les plus diſtinguées de la Ville de Rennes, qui avoient donné à M. Ravechet pendant ſa maladie des marques de leur eſtime & de leur profonde veneration, ont continué de marquer aprés ſa mort combien elles étoient ſinceres & veritables.

Les RR. PP. Benedictins n'ont rien épargné pour lui rendre tous les honneurs de la Sepulture les plus magnifiques. Le grand Autel, tout le Chœur & le Portail de l'Egliſe étoient tendus de noir, & chargez de prés de 1200. écuſſons,

écuſſons, tant des armes de la Sorbonne, que des differens ornemens propres aux pompes funebres. Le Corps fut porté dans l'Egliſe le Dimanche après les Vêpres, & placé ſur une eſtrade de trois marches, ſur leſquelles il y avoit plus de ſoixante chandeliers d'argent, qui portoient chacun un cierge d'une demi livre. On avoit mis à la tête du cercueil une eſpece de candelabre, chargé de deux douzaines de cierges. Les Vêpres des Morts furent chantées ſolemnellement, quatre Chantres & le Celebrant étant revêtus de chapes. Le corps reſta dans l'Egliſe juſqu'au lendemain Lundi matin, & l'on fit l'enterrement ſur les onze heures, après avoir celebré les ſaints myſteres, & s'être ſouvenu à l'Autel du Seigneur, de celui qui venoit de lui être immolé comme une victime d'une agreable odeur.

Rien n'étoit plus majeſtueux que tout cet appareil, qui reſſembloit plus à un triomphe qu'à une pompe funebre. Outre pluſieurs Religieux revêtus de chapes, deux Diacres & deux Soudiacres, avec un nombre conſiderable d'Officiers, étoient revêtus de Tuniques : quatre Prêtres en Surplis portoient le Corps, & quatre Docteurs de Sorbonne en manteau long portoient les quatre coins du

drap mortuaire. Les Dignitaires & Chanoines de l'Egliſe Cathedrale, Meſſieurs les Curés de la Ville, à l'exception d'un ſeul, plus de cent cinquante Eccleſiaſtiques y aſſiſterent en manteau long & un cierge à la main.

La Nobleſſe d'une autre part & le peuple même concoururent également à honorer la pompe funebre de l'illuſtre défunt. Monſieur le Maréchal de Monteſquiou & Monſieur l'Intendant, qui envoyerent regulierement deux fois chaque jour à l'Abbaye pendant tout le tems de la maladie de M. Ravechet, pour en apprendre des nouvelles préciſes, ne purent aſſiſter à la ceremonie; le premier, pour quelque affaire qui lui ſurvint; le ſecond, à cauſe d'une incommodité, qui ne put lui permettre de ſortir; mais l'un & l'autre témoignerent qu'ils y prenoient toute la part poſſible, & M. le Maréchal de Monteſquiou y envoya de ſa part ſes deux principaux Officiers. Madame l'Intendante fut preſente à toute la ceremonie: prés de 30. tant Preſidens que Conſeillers du Parlement, tout le Preſidial, à la reſerve de deux Conſeillers abſens, n'ont pas crû pouvoir s'en diſpenſer; enfin tout le peuple y accourut en foule, & generalement tout le monde donna des mar-

ques publiques de ſon reſpect & de ſa veneration pour le Confeſſeur de Jeſus-Chriſt, en deſirant avec ardeur quelque choſe, ou qui eût touché à ſon corps, ou qui lui eût appartenu pendant ſa vie.

Pour mettre hors de toute atteinte la Foi de Monſieur Ravechet, & fermer en même tems la bouche à certaines gens que le vrai merite offenſe toûjours, on a cru devoir joindre ici la Profeſſion de Foi qu'il fit & ſigna le 15. Avril, & qu'il confirma le jour de ſa mort, avec l'Acte qu'il fit le même jour en preſence de Notaires, pour confirmer tout ce qu'il avoit fait pendant ſon Syndicat. Ces deux pieces ſeront un monument éternel de ſon attachement à la foi de l'Egliſe, & de ſon zele à la défendre juſqu'au dernier ſoupir.

## *Profeſſion de Foi de M. Ravechet.*

JE crois toutes les veritez que le Fils de Dieu a révelées à ſon Egliſe, dans le ſein de laquelle j'ai eu le bonheur d'être baptiſé, d'avoir toûjours vécu, où je veux mourir, & avec laquelle je condamne toutes les erreurs qu'elle condamne, & qu'elle condamnera.

nera. Je reconnois le Souverain Pontiſe, l'Evêque de Rome pour le ſucceſſeur de S. Pierre, le premier Vicaire de J. C. le Chef viſible de la même Egliſe, & le Siége Apoſtolique pour le centre de l'Unité, dont il n'eſt jamais permis de ſe ſeparer, quand même le Pape s'écarteroit de la ſaine doctrine. Je déteſte tout eſprit de ſchiſme & de diviſion. C'eſt ce que nous avons expliqué trés clairement dans l'Acte d'Appel au futur Concile general, & ce que nôtre Faculté a encore determiné dans les fameux articles qu'elle a publiés en 1542. contre les erreurs de Luther. Ce ſont là mes ſentimens preſens dans leſquels je veux mourir. En l'Abbaye de S. Melaine le 15. Avril 1717. Ainſi ſigné ſur l'original du preſent, Ravechet, & chiffré en marge F. J. B. Aubert Soûprieur, & contrôllé audit Rennes par Buſſon, & ſcellé; ledit original demeuré vers Jamont, l'un des Notaires Royaux & Apoſtoliques à Rennes ſouſſignez, jointe à la minute de l'Acte d'Approbation des autres parts. Ainſi ſigné, Jamont Notaire Royal & Apoſtolique, & le Breton Notaire Royal Apoſtolique, Syndic.

Acte

## *Acte par lequel M. Ravechet a confirmé avant que de mourir tout ce qu'il a fait pendant ſon Syndicat.*

LE vingt - quatriéme jour du mois d'Avril de l'an 1717. avant midi, pardevant les Conſeillers-Notaires du Roy & Apoſtoliques, Syndic & Garde-ſcel à Rennes ſouſſignez : Fut preſent en ſa perſonne Meſſire Hiacynthe Ravechet, Prêtre, Docteur de la Maiſon & Societé de Sorbonne, & Syndic de la Faculté de Théologie, demeurant ordinairement en la Maiſon de Sorbonne de Paris, étant de preſent en la Maiſon Conventuelle de l'Abbaye Royale de S. Melaine de cette Ville de Rennes, giſſant au lit malade de corps, & ſain neanmoins d'eſprit & d'entendement, lequel nous a dit & declaré ce qui ſuit ; Sçavoir que dès hier 23. de ce mois ayant dicté & fait dreſſer par le ſieur Louis-Philippe Empis ſon Secretaire & Domeſtique, une Déclaration par laquelle il declaroit & affirmoit qu'il ne révoquoit & ne révoqueroit rien de tout ce qu'il avoit, en qualité de Syndic, fait en Sorbonne le cinquiéme jour du mois de Mars dernier, & que n'ayant

pû la ſigner en entier à cauſe de ſa grande foibleſſe ; mais qu'ayant appris par pluſieurs Lettres arrivées ledit jour d'hier au ſoir de Paris, que quantité de perſonnes débitoient fauſſement dans ladite Ville de Paris qu'il avoit révoqué & retracté tout ce qu'il avoit fait juſqu'à preſent en Sorbonne, il ſe croit obligé, pour rendre témoignage à la verité juſqu'au dernier ſoupir de ſa vie, de faire ſa même declaration devant des Notaires publics, comme il fait preſentement devant nous, que non ſeulement il n'a rien retracté de ce qu'il a fait en Sorbonne, mais au contraire qu'il le confirme entierement, & y perſiſte encore preſentement, & y perſiſtera juſqu'à la mort, auſſi bien que dans la Profeſſion de Foi qu'il a faite, dictée & ſignée de ſa main le 15. du preſent mois, qui nous a été apparuë & déposée par le R. P. Dom Bonaventure Aubert, Soûprieur de ladite Maiſon Conventuelle de S. Melaine, pour demeurer jointe à ladite preſente, aprés avoir été chiffrée par ledit R. P. Soûprieur ; de tout quoi le requerant ledit ſieur Ravechet, lui avons rapporté le preſent Acte audit Monaſtere de S. Melaine, en preſence dudit R. P. Soûprieur, de noble & diſcret Meſſire René Oreſve, Prêtre, Docteur de la Maiſon & Societé de Sorbonne,

bonne, Grand Vicaire de M. l'Evêque de S. Malo, & RR. PP. Dom Bernard Geſtin Procureur dudit Monaſtere de S. Melaine, & Guil. Bourgeois Depoſitaire, de venerable & diſcret Meſſire Eſt. Chamboſt, Prêtre, Curé de S. Jean de cette Ville, des RR. PP. Caſimir de S Hilarion, & René de S Caſmir, Carmes Déchauſſez, d'Ecuyer Jacques Joſeph le Melorel Docteur en Medecine, & du ſieur Picault Chirurgien en cette Ville, ſous leurs ſeings & celui dudit ſieur L. Philippe Empis preſent, à la requête dudit ſieur Ravechet, qui a declaré ne pouvoir ſigner à cauſe de ſa foibleſſe de corps où il eſt réduit, & les nôtres. Ainſi ſigné ſur la minute, R. Oreſve. Fr. B. Aubert Soûprieur. Frere Caſimir de S. Hilarion, Carme Déchauſſé. Eſt. Chamboſt P. I. Fr. René de S. Caſimir C. D. I. Fr. Bernard Geſtin. Fr. G. Bourgeois. Lud. Ph. Empis. Le Melorel du Broſey, Secr. du Roy & Doyen des Medecins de Rennes. P. Picaut. Le Breton Notaire Royal Syndic, & Jamont auſſi Notaire Royal Apoſtolique Regiſtrateur, & ladite minute duëment contrôlée audit Rennes par Buſſon, & ſcellée.

D. O. M.

II. Part.

## XIX.

## *Piéce* Latine ſur M M. Vitaſſe & Ravechet.*

EXtincta jacent duo S. Facultatis Luminaria,
M. Carolus VVitaſſe, Regius Theolog. Profeſſor,
M. Hyacinthus Ravechet, Syndicus,
Socii Sorbonici,
Viri ejuſdem laboris, periculi & gloriæ conſortes:
Occiderunt veritatis victimæ,
Hic in exilio, ille poſt exilium;
Digna Chryſoſtomo Athanaſioque ſors.
Vivit interea vivit inconcuſſa virtus;
Morum candor, doctrinæ integritas, Eloquentiæ vis,
Caritas ædificans templũ Dñi, ſcientia deſtruens Turrim Babel,
Invicta minis blandiiiſque fortitudo
Alter in ſcriptis egregiis exultat, Alter in egregie factis;
Illum Orbis Catholici gladium dicas, hunc clypeum;
Ambo Fidei Heroas,
Et fideliſſimæ Nationis decora ampliſſima.
Hinc Paulum cum Romanis iterum pugnantem cernere eſt,
Inde Auguſtinum de Pelagianis triumphantem:
Ubiq; antiquitatem renovatam ſtupeas Novitatem antiquatam.
Piis Manibus rite parentavit ſacer Theologorum ordo,
Tanto luctu,
Ac ſi præpoſita nocti dieique ſydera mundus amiſiſſet;
Tanto concurſu
Ut ad ſarciendum damnum Pietas vim cœlo facere videretur;
Votis annuerunt Superi.
Ecce
Ex Eliæ Eliſeique cineribus ſurgunt Prophetæ novi.
Jam tranſiit ſpiritus duplex in Theol. partem optimam,
Florem Sorbonæ delibatum.
Qui non incurvarunt genua ante Baal.
Gratiæ vindicibus gratiam concedat pater miſericordiarum,
Exulibuſque patriam cœleſtem aperiat.
AMEN.

* *Elle eſt de la compoſition de M. Peſtel, ancien Profeſſeur de Rhetorique en l'Univerſité de Paris.*

*Fin du Recueil des Piéces dont il eſt parlé dans la ſeconde Partie.*

RECUEIL

Digitized by Google

# RECUEIL DES PIECES

## Dont il eſt parlé dans la troiſiéme Partie des Aſſemblées de Sorbonne, au ſujet de la Conſtitution.

### I.

*Oratio * habita à S. M. Quinot Ex-Syndico in Comitiis Generalibus Sacræ Facultatis Pariſienſis, die 8. Junii anno 1717.* Pag. 5. & 6. III. Part.

NEmini divinæ Providentiæ conſilia meditanti mirum videbitur, Venerande Domine Decane, Patres ſapientiſſimi, ſi poſt ereptum digniſſimum Syndicum, quem æterno fletu & deſiderio proſequemur Scholæ & Comitia tamdiù ſiluerint.

Erat ille Ordinis ſacri os facundiſſimum, oculuſque perſpicaciſſimus; Theo-

* On remarquera de la difference entre les paroles qu'on a rapportées à la page 6. & ce qu'on lira ici dans ce diſcours. Mais il peut ſe faire que M. Quinot ait prononcé quelques endroits autrement qu'il ne les a écrit.

Theologicæ Palæſtræ virtus & incitamentum, rerum oſtendendæ veritati magis utilium & artium tuendæ ac propagandæ fidei magis propriarum peritiſſimus indagator, diligentiſſimus excultor & aſſertor ſtrenuiſſimus.

Debuit ergo extincto illo lumine & ſplendore, ablato illo robore & duce, tota profundo mœrore abſumi Theologia.

Quin & dolore victa longiùs jacuiſſet, niſi ſuaviſſimo virtutum odore quem in ſinu matris dilectus ille filius exhalarat & ſplendidiſſima tot egregiè, pro Fide, Religione, Eccleſia, Rege & Patria dictorum ac geſtorum luce recreari ſe aliquatenùs ac ſublevari poſſe intellexiſſet.

Neque enim piæ Parenti filios Deo & Eccleſiæ parturienti jucundius ullum ſolatii caput, quàm ut ſobolem Deo dignam, Chriſto & Eccleſiæ præſtantiorum virtutum officiis devinctam in conſtanti purioris fidei, ardentioris caritatis & arctioris diſciplinæ tramite firmam ac perſeverantem ad ultimum vitæ ſpiritum intueatur.

Quid verò in hoc genere à clariſſimo Ravechetio noſtro deſiderari potuit, quod totum ille ſtatim & ad cumulum non repræſentaverit? Auſteritate vitæ prioris

prioris ævi Chriſtianis par ; urbanitate morum politioribus hominibus haud inferior ; in remotioribus factis atque argumentis docto cuilibet ſcriptori vel ex tempore coætaneus, & ut plurimùm acutus magis, magiſque oculatus.

Vivent & æternùm vivent caſtigatiores illæ Concluſiones & Cenſuræ quæ & ſacro Ordini, & vigilantiſſimo Syndico immortalem ſunt honorem pariituræ.

Sed cur dico parituras ? Nonne apud inſignes Academias & remotiores Provincias Ordinem veſtrum, veſtrumque Syndicum uberrimè jam commendaverunt.

Noſtis quàm grato animi ſenſu præclaræ Rhemenſium, Nannetenſium & Cadomenſium Univerſitates illas ſuſceperint, & in ſuos Commentarios retulerint.

Noſtis quàm honorificè illuſtriores & ſanctiores omnium Ordinum viri de illis judicaverint.

Noſtis & quantum apud Rhedonenſes digniſſimo tam ſanctarum Doctrinarum promoturi in ſuo adventu laudem atque exiſtimationem conciliaverint.

Ea nempè ſingulis Chriſtum diligentibus

tibus inſita eſt purioris fidei & accuratioris pietatis reverentia, ut qui eas religiosè profitentur & ſtrenuè defendunt, numquam ut profugi & abjecti, ſed ut nobiliſſimi parentes & amici conjunctiſſimi palam & ubique excipiantur.

Fidelis es, Domine, in omnibus verbis tuis! Pollicitus es ut ſi quis propter te domum aut fratres reliquerit, ille centuplum accipiat nunc, & in ſæculo futuro vitam æternam.

Primum in famulo tuo adimpleviſti, ubi ei præbuiſti admiratores & patronos quotquot ad illum accedere vel de illo audire potuerunt. Secundum perficias precamur, & Servum tuum, qui propter te ſuæ etiam animæ non pepercit, ad beatum vultûs tui conſpectum & æternum conſummatæ caritatis exercitium quàm primùm admittas.

Nos verò interea V. D. D. PP. SS. tam digni Syndici perpetuò memores, cuſtodiendis quæ veſtrâ auctoritate promovit ſtudiosè intenti, illis etiam quæ veſtro juſſu delineavit ex ſequendis & abſolvendis pro virili, ſi vobis ita viſum fuerit, incumbemus.

Quoniam verò propter interrupta Comitia publica rarò admodum privatim convenere Deputati veſtri, jubete, precor, ut ſapientiſſimi deputati, tam ordinarii

dinarii quàm extraordinarii Congregationes habeant in ædibus veſtris, & ſinguli ad vos de negotiis ſibi commiſſis referant, deindè ut mox pergat deliberatio de Articulis Doctrinæ.

## II.

## *Lettre de la Faculté de Théologie de Paris aux Religieux de Saint Melaine de Rennes.* Pag. 55. III. Partie.

*Venerabilibus & multiplici jure colendis DD. Priori & Monachis ſancti Melanii apud Rhedonenſes Decanus & Facultas Theologiæ Pariſienſis, ſalutem in eo qui* dilexit, nos & dedit conſolationem ęternam & ſpem bonam & gratiam. 2 *Theſ.* 2. 15.

VENRABILES ET ADMODUM COLENDI DD.

INter ea laudum argumenta, quæ omnium favente judicio, Beatiſſimi Patris veſtri Benedicti *Regulam diſcretione* alioquin *præcipuam* & *ſermone luculentam* apud cordatos quoſque commendabilem vel maximè efficiunt, non modicum locum obtinet ſuaſoria vox illa quâ ſuos alloquens in votis potioribus habere

*S. Greg. Magn. lib. 2. dial. c. 36.*

Q

habere videtur, ut omnes ſupervenientes
Reg. S. Ben. c. 53. *hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt: Hoſpes fui, & ſuſcepiſti me*, & omnibus congruus honor
Matth. 25. exhibeatur, maximè tamen domeſticis fidei & peregrinis.

Suaſioni illi quæ fluebat à charitate, non obſecuti modò ſed & piè adulati eſtis, cùm longè à nobis diſſito cariſſimo fratri noſtro & digniſſimo Syndico Domino Ravechet, qui præclaram apud veſtra-
Orat. in Laud. B. Athanaſ. tes ſuſceperat peregrinationem (verba ſunt beati Gregorii Nazianzeni in non abſimili cauſa) occurriſtis cum omni officio charitatis, & quem ad urbem veſtram adventantem in domum ſuam excipere certatim ambiebant viri ex omni ordine ſpectatiſſimi, eumdem aliorum omnium votis ſubreptum apud vos manere coegiſtis.

Quo animi angore, quibus lacrymis, quibus ad Deum precibus proſecuti fueramus diſcedentem à nobis virum de Ordine noſtro, de ſingulis Magiſtris ac Baccalaureis, de Patria, de Eccleſia, de Republica Chriſtiana, de veritate, tot titulis bene meritum, vix ſit qui ſermone explicet, nec quidquam afflictatis nobis potuit eſſe ſolatio, niſi cùm audivimus occurriſſe ipſi latos ſancti Melanii Monachos, qui cùm amplexati fuiſ-

Digitized by Google

fuiſſent eum, artem omnem, ſtudiumque omne ſuum in eo poſuerunt, ut maneret familiariter ſecum, hoc eſt cum hominibus, in quibus ſciebamus apprimè ineſſe quidquid fidei ac religionis, quidquid doctrinæ & pietatis optari queat, & ex quorum colloquio atque exemplis ſanctiſſimis, novi ipſi animi novæque vires poſſent accedere ad *faciendam voluntatem ejus qui miſerat illum.* *Joan. 6. v. 38.*

Non dubitamus quin ſibi bonum eſſe exiſtimaverit per aliquod temporis intervallum ſociari in pace fideliſſimis Chriſti aſſeclis, qui rerum caducarum contemptores, Deique unius amantes, id ſibi peculiare habent, ut ipſis *vivere Chriſtus ſit & mori lucrum*, qui ſanctiſ- *Philip. 1 v. 21.* ſimæ defœcatioris Ethicæ effata, quæ moribus repræſentant, privatis publiciſque ſermonibus efferunt, qui nihil antiquius habent, quàm ut ad amuſſim excolant, eam vitæ atque doctrinæ exercitationem, id inſtitutum, ubi virtus ac veritas eluceant, magis puriuſque fulgurent ad aucupandum quidquid eſt in ipſa Religione auguſtiſſimum, qui quod temporis non poſtulant pietatis officia, vitæque neceſſitates illud omne inſumunt in pervolutandis reconditæ vetuſtatis monumentis, quaſi in disjunctiſ-



Digitized by Google

ſimæ antiquitatis indagatione habitare, & abſtruſiſſimos priſcorum temporum receſſus ac latebras explorare ſua ipſorum ſint ſtudia & ſuæ deliciæ, qui ingenii atque doctrinæ opum quibus abundant, non parci ac tenaces, ſed liberales & prodigi, has omnes in publicos uſus munificentiſſimè effundunt, & ex theſauris ſuis abire jubent, ut inſerviant divinorum librorum interpretationi, dogmatum fidei firmamento, nexui & congregationi ſacrorum Canonum, Conciliorum autoritati, Pontificum Decretis, Præſulum Conſtitutionibus, diſcrepantibus Theologorum ſententiis culpandis probandiſve, aliiſque Reipublicæ Chriſtianæ emolumentis; atque hæc omnia dum peragunt, veritati ſtudent uni aperiendæ, illuſtrandæ adversùs æmulorum atque obtrectatorum ingenia, ſolertiam, calliditatemque deffendendæ.

Nec privatis omnium noſtrûm in Fratrem cariſſimum ſtudiis indulgere nos arbitrabimur, ſi confidenter pronuntiaverimus non minori lætitiæ ſenſu affectos vos fuiſſe, ubi de eo viro deguſtare datum eſt vobis, de quo nihil niſi ſummum atque præclarum vox publica retulerat ad vos, & cum magiſtra experientia nacti eſtis, quem ſumma cum animi voluptate, cui nihil deperibat ex quo-

quotidiano uſu, ſuſpiciebamus in excogitando acrem & facilem, in intelligendo prudentem & acutum; in dicendo gravem & ornatum, & in quo propiùs intuenti cuilibet & audienti attentiùs occurrebant illicò eximiæ animi dotes, ſummaque vis, ingenium felix, mens vivida atque ſagax, tenax memoria, ea inſita vis à natura, ea labore parta felicitas, ii motus celeres & acuti, quorum ope datur abſtruſiora quæque capeſſere, confuſa partiri, ſcrutari abdita, inacceſſa pervadere, illuſtrare obſcura, pugnantia conciliare, ac demum delicatiſſimi cujuſdam faſtidii ſagacitas, quâ ſic efflorebat publicè, privatim, ubique, ut adminiſtrâ rerum omnium præſtantiſſimarum recordatione, quibus congerendis vel à teneris annis inſudarat operoſiſſimè, nuſquam viſus ſit aut caligare in obſcuris, aut in dubiis fluctuare, aut hærere in ambagibus, aut ſubterfugere ardua, aut alta deſperare, aut ex infinita propemodum negotiorum mole quibus conſtat omnigenæ hiſtoriæ ſeries, nullum fuerit de quo ex tempore non dixerit etiam cum dignitate.

Utinam licuiſſet nobis frui diutiùs eo Syndico, quo auſpice & conciliatore, quidquid blandæ ſed periculoſæ novitati erat affine, quidquid cum Tradi-

tione divina, cum invictiſſimis purioris Ethicæ dogmatibus, cum ſanctiſſimis Eccleſiæ Gallicanæ Libertatibus, cum ſacratis Regni regiæque Majeſtatis juribus, cum Ordinis noſtri decretis non concordabat, explodebatur illicò, cujuſque poſtulatis, in quibus mutuâ ope, mutuis inter ſe officiis decertabant doctrina, veritas, eloquentia, eo lubentiori animo annuebamus omnes, quo feliciori quâdam rerum præſtantiſſimarum conſpiratione; ad eximia quæque ingenii ac ſcientiæ ornamenta accedebat pietas non umbratilis, non fucata, ſed genuina, ſed defæcata, morum candor, atque elegantia blanda animorum conciliatrix, comitas, urbanitas tot condita leporibus, quæ amorem omnium extorquebat ab invitis, ſuaviùs eblandiebatur ab amicis, affabilitate condita gravitas, & affabre quodam modo facta modeſtia, animus ſemper æquabilis, rectus amor in Religionem, & obſervantia planè ſingularis, in bonorum omnium fulciendis conſiliis conſtantia & firmitas, in egenorum infortuniis ſublevandis alliciens miſericordia, in iis demum exercendis operibus quæ ſanctitatem conciliare poſſint Sacerdoti, ſtudium indefeſſum, læta alacritas.

Sap. 9 v. 14 Sed *incerta* prorsùs ſunt *mortalium providentiæ*, & quem commodaverat nobis

bis *ſocium & adjutorem* Deus, *in cujus* 2. *Cor.*
*manibus ſunt ſortes noſtræ*, eumdem non 8. *v.* 23.
ſine nutu ſuo ereptum nobis civem, ve- *Pſ.* 30.
ſtrum eſſe voluit hoſpitem & advenam, *v.* 16.
ut apud homines, qui, *ſive vivant, ſi-* *Rom.*
*ve moriantur, Domini ſunt*, mortalitatis 14. *v.*
ſuæ deponeret exuvias, morti vix ma- 8.
turus, ſed immortalitati præmaturus,
& qui *ſciens quoniam dum ſumus in* 2. *Cor.*
*corpore, peregrinamur à Domino, auſus* 5. *v.*
*ſemper fuerat & bonam voluntatem ha-* 6. & 8.
*buerat peregrinari à corpore, & præſens*
*eſſe ad Dominum*, ad eum pergeret læ-
tus & alacer, cariſſimos inter ample-
xus, inter ſanctiſſima exempla, inter
vota flagrantiſſima, inter piè ambitio-
ſas obſervationes, orationes, poſtula-
tiones Monachorum, qui ſanctum Me-
lanium inſtituto & moribus repræſen-
tantes,id ſibi veluti peculium vindicant, *Philip.*
ut *magnificetur Chriſtus in corpore* ſuo, 1. *v.*
*ſive per vitam, ſive per mortem.* 20.

Quantùm ipſi vitam inter atque mortem fluctuanti profuerint auxilia illa in tempore opportuno conceſſa à Deo, cujus miſericordiæ non eſt numerus, quàm exinde viriliter egerit & confortatus ſit in Domino, quàm grandi & vegeto animo pro veritate & juſtitia dimicans obtulerit ſeſe victimam veritatis, & juſtitiæ Autori ac vindici quàm *perfectus,*

*confir-*

1. Pet. 5. v. 10. *confirmatus*, *ſolidatuſque* fuerit doloribus iis quos longâ & docili patientiâ ſuſtinuit, Chriſti uti dolorum ita & patientiæ ſedulus imitator, quæ fuerit ejus in excipiendis divinis Sacramentis tremula reverentia *in conſummando opere* Jo. 17. v. 4. *quod* ipſi *datum fuerat ut faceret*, quod robur, quæ conſtantia, quæ fuerit etiam veſtra in colligendis ejus extremis & votis & ſermonibus cautio, quæ fides in commendandis chriſtianæ ſepulturæ ejus oſſibus, quàm religioſa munificentia undique pervenit ad nos, ac de his omnibus gratulati fuimus ſinguli plurimùm in Domino.

Quæ nos officii noſtri non immemores retinuerint, ne grati etiam erga vos animi ſenſa promeremus, ſcit univerſitas gentium, nec in metu ſumus ne à vobis ſilendi lex cui morigeros eſſe religioni duximus, vertatur nobis in vitium.

Patiamini ergo, Viri admodum venerabiles & colendi, ut libertatis quâ fruimur, haſce qualeſcumque primitias vobis offeramus, & quod nonnulli noſtri Ordinis homines jam præſtitere ex affectu, illud & ex affectu & ex officio præſtet Ordo totus, & immortales agamus gratias veſtris charitati, pietati, liberalitati, munificentiæ; quibus dum obſtri-

ctum

ctum habuiſtis digniſſimum Syndicum noſtrum, nos omnes & ſingulos vobis obſtrictos fuiſſe gloriamur.

Auget plurimùm veſtra in nos merita ſolemnis illa fidei profeſſio, quam coram Chriſto Jeſu ſalvatore ſuo ac judice, coram vobis omnibus, viris boni teſtimonii, coram hominibus ex omni ordine apud vos ſelectiſſimis edidit piiſſimus Collega noſter, *in manus* Domini *commendans ſpiritum* ſuum *in diebus conſummationis dierum vitæ* ſuæ, *& in tempore exitûs ſui*, quamque miſiſtis ad nos ejus ſyngraphâ communitam. Erit hæc tabulis noſtris inſerta quaſi reliquiæ cogitationum ejus, quæ diem feſtum agent nobis poſteriſque noſtris; & cùm mortalitatis ejus pretioſas reliquias charitati veſtræ, cui nos ac tanta debere profitemur, invidere prorsùs nefas, hanc à charitate veſtra accepiſſe dilectiſſimi in Chriſto Collegæ & Syndici noſtri, non *fidei* modò, ſed & omnium virtutum teſſeram, quæ *pretioſior auro quod per ignem probatur, inveniatur in laudem & gloriam & honorem in revelatione Jeſu-Chriſti*, erit doloris noſtri demulcens ſolatium penè dixerimus, amoris noſtri merces ampliſſima.

*Luc. 23. v. 46.*
*Eccle. 33. v. 24.*
*Pſ. 75. v. 11.*
*1. Pet. 1. v. 7.*

Memoris animi teſtificationes variis, iiſque publicis argumentis edere ſummæ

duceremus

duceremus felicitati, nec datâ occaſione
debitis officiis numquam deerimus. In-
terim ſuſcipite quæ ex intimo cordis af-
fectu proficiſcuntur vota, quibus adpre-
camur ut Chriſtus exhortetur corda ve-
*2. Theſ.* ſtra, & *confirmet in omni opere & ſer-*
*2. v.* *mone bono*, ut ſitis magis ac magis *re-*
*16.*
*Philip.* *pleti fructu juſtitiæ, charitate, gaudio,*
*1. v.* *pace, patientiâ, benignitate, bonitate,*
*11.* *longanimitate, manſuetudine, fide, mo-*
*Galat.* *deſtiâ*, & quem ſpretis mundi blan-
*5. v.* dientis illecebris atque oblectamentis
*22.*
*Pſ. 15.* ſelegiſtis *partem hæreditatis* veſtræ, ille
*v. 5.* ipſe fidelis, omnipotens & miſericors
*Philip.* perficiat in vobis *quæcumque ſunt vera,*
*4. v. 8.* *quæcumque pudica, quæcumque juſta,*
*quæcumque ſancta, quæcumque amabilia,*
*quæcumque bonæ famæ. Benedicti vos à*
*2. Reg.* *Domino, qui feciſtis miſericordiam cum*
*2. v. 5* fratre noſtro, dicamus an veſtro ambi-
*& 6.* gimus planè, ſed ut veriùs dicamus &
veſtro & noſtro; *& nunc retribuet vo-*
*bis quidem Dominus miſericordiam &*
*veritatem; & nos reddimus* quas poſſu-
mus ampliſſimas *gratias, eò quòd feciſtis*
*2. Theſ.* *verbum iſtud. De cætero orate pro nobis,*
*3. v.* *ut ſermo Dei currat & clarificetur ſicut*
*1. & 2.* *& apud vos, & ut liberemur ab impor-*
*tunis & malis hominibus.*

III.

## III.

## *Extrait de la Théſe* de M. Bourey, Bachelier de Licence.*

P. 68. III. Partie.

### *QUÆSTIO THEOLOGICA.*

*Qui ſunt duo teſtes & duo cadelabra?* Apocal. cap. 11. ℣. 3.

SANCTI Auguſtinus & Thomas poſiti à Deo teſtificari & lucere omnibus qui ambulare voluerint ad veritatem Evangelii gratiæ Dei, quorum teſtimonium quia nec ultra, nec infra Traditionis modum progreſſum eſt, Eccleſia confirmavit circa exiſtentiam, modum & naturam prædeſtinationis & gratiæ, eorumque verba & ſenſus conſecravit, dum iis uſa eſt in Conciliis ſuis adversùs hæreticos qui ſanam de gratiâ Chriſti fidem hinc & indè oppugnarunt. Hi ſunt Pelagiani & Calviniſtæ, quorum variæ ſpecies. Circa annum 405. cœpit Pelagiana hæreſis, cujus præcipua capita erant. Primum negare

* C'eſt la Sorbonique, qui ſe ſoûtient en Sorbonne ſans Preſident, depuis ſix heures du matin juſqu'à ſix heures du ſoir.

negare peccatum originale. Hinc de integritate naturæ & viribus ad bonum, & ad acquirendas virtutes, & de innocuis concupiſcentiæ motibus mira jactabant. Secundum negare neceſſitatem & naturam gratiæ, quâ libertatem tolli & Manicheiſmum induci aiebant. Tertium negare exiſtentiam & naturam prædeſtinationis gratuitæ, quâ fatum induci, omnes virtutes, omnem diſciplinam ſubverti clamitabant. Hæc portenta poſtmodùm emollire conati ſunt, aſſerentes peccatum originale exiſtere, ſed imitatione tractum; quod in gratuitis non in naturalibus nocuerit. Gratiam neceſſariam eſſe, ſed quæ in Lege, Evangelio, imitatione Chriſti, remiſſione peccatorum conſiſteret; aut quæ interno ſpiritûs lumine menti quid agendum & cavendum eſſet, aperiret (verba ſunt Pelagii) & mentem gloriæ & præmiorum pollicitatione attenderet, & omne bonum ſuaderet; non ipſam bonam voluntatem faceret & daret. Anno 415. Dioſpoli damnatus eſt Pelagius. Paulus Oroſius Concilio non adfuit, nec ſcripſit librum qui ſub nomine ejus apologeticus circumfertur. Anno 416. Carthagine & Milevi damnatur iterum hæreſis, utrique Concilio adſunt Epiſcopi ferè 128. Utrique adeſt ſanctus Auguſtinus

ſtinus qui jubetur ab Epiſcopis cauſam Eccleſiæ ſuſcipere. Provocat Celeſtius ad Occidentales Epiſcopos & præcipuè ſummum Pontificem, offert libellum fidei ſuæ verbis & ſenſu ancipiti lubricum. Decipitur Zozimus, & perverſam fidem ſub involucris verborum latentem probat; acriter invehitur in Africanos & Paulum Oroſium.

PELAGIUS ſuam ſe nactum occaſionem ratus, ſuæ fidei formulam mittit ad Zozimum, pariter ambiguam; pariter probatur. Hæc fidei formula à Semipelagianis poſtmodum vulgata eſt ſub titulo expoſitionis Symboli ad Damaſum ab Hieronimo factæ, modò ſermonis 151. ſancti Auguſtini de tempore, in quem ceſpitem plures impegerunt minùs cauti. Anno 418. Carthagine damnatur iterum hæreſis in Concilio 214. Epiſcoporum: quo ferè tempore Julianus Capuenſis calamum ſuum, fiſtulæ Pelagianæ adjunxit, miſſiſque circumquàque libellis famoſis ſanctum Auguſtinum fœdæ hæreſeos hæreticus ipſe infamare conatus eſt, 18. circiter Epiſcopos larvâ luſit. Anno 426. circiter Diſcipulos Maſſilienſes nactus eſt Pelagius magiſtri ferè ſimiles, niſi quod gratiam aliquam admitterent; cæterum

pediſſequam & ad juvandos naturales voluntatis motus conceſſam ſine quo voluntas primævæ rectitudinis reliquiis inſtructa poſſet quidem initium aliquod bonæ voluntatis habere, non tamen plenè velle & quid vellet perficere. Veſtigiis patris ſui inſiſtentes ſanctum Auguſtinum confictis & adſcriptis ipſi falſis dogmatibus, apud omnes infamare conati ſunt. Sanctus Proſper, jubente ſummo Pontifice, ſcriptis calumniam detulit, ſed victâ calumniâ non quievit: hæreticos enim quoſdam exiſtere clamitantes, confictis & damnatis multis dogmatibus quæ ab ipſis propugnari aſſerebant, confictâ prætereà Pſeudo-Synodo ſub Arelatenſis nomine, Prædeſtinatianorum hoc eſt Auguſtinianorum damnationem libellulis ſuis vulgare non dubitarunt. Hanc audaciam compreſſit Synodus Arauſicana ſecunda, in quâ doctrina ſancti Auguſtini denuò fuit expoſita & confirmata Eccleſiæ authoritate. Nono ſæculo quidam Epiſcopi à Semipelagiana ſaltem loquendi ratione non ſatis recedentes eandem calumniam affinxerunt ſancti Auguſtini Diſcipulis, Goteskalco imprimis acerrimo doctrinæ ejus vindici, quem Hincmarus potentiâ ſæviente oppreſſit.

GOTESKALCHUM & doctrinam ſancti Auguſtini vindicarunt Lupus Ferrarienſis, ſanctus Prudentius Tricaſſinus, Concilia Lingonenſe, Valentinum, & Tullenſe 90. Epiſcoporum. Imprimis Eccleſia Lugdunenſis Traditionis loquendi & ſentiendi modum fortiter aſſeruit. Anno 1515. Lutherus & 1530. Calvinus prodiêre, veri Prædeſtinatiani, gratiam neceſſitantem, Præceptorum impoſſibilitatem aſſerentes, libertatem tollentes, &c. Nos quidem verba ſua non ſenſum aſſecutos eſſe quidam inter eos clamant, id expendant quibus vacat. Anno 1574. Leſſius in Belgio & Ludovicus Molina in Hiſpania Doctores ſe perhibuerunt novæ, ut gloriabantur, circa gratiam doctrinæ; reipſa autem veteris & ab Auguſtino profligatæ: talemque eam judicaverunt celeberrimæ orbis Acadamiæ; tùm etiam Clemens octavus re diſcuſsâ 65. collationibus inter veteris & novæ Scholæ Theologos coram doctiſſimis Cardinalibus & Theologis datis judicibus: & Paulus quintus 18. collationibus in quibus ad quinquaginta ferè capita à Conſultoribus damnata ſunt & Maſſilienſium doctrinæ adjudicata. Congregationis acta legat & Clementis octavi

aureum verè librum qui doctrinam ſanctorum Auguſtini & Thomæ & eorum loquendi & ſentiendi modum ad amuſſim exactum cupiet. Anno 1661. oblatæ ſunt quinque propoſitiones Innocentio decimo ab eo damnatæ, illæsâ ſanctorum Auguſtini & Thomæ doctrinâ, quam oblatam posteà quinque articulis ad antidotum quinque propoſitionum ſummus Pontifex agnovit. Ut inter abruptam hinc & indè viam certum callem teneamus in propugnandâ Eccleſiæ doctrinâ, ſanctos Auguſtinum & Thomam duces ſequemur, eo certiores quod uterque primum lapſus ſit & ſuo caſu cautior demùm effectus ſit. Statuimuſque per peccatum originale vitiatam naturam non in gratuitis tantùm, ſed in naturalibus; ut libertas ſit non extincta, ſed ita infirmata, ut cùm ſit ad malum ſatis expedita, ad bonum non niſi gratiâ ſuffulta feratur, nec poſſit tentationes, ut par eſt, ſuperare, nec Deum ut authorem naturæ ſuper omnia diligere, nec præcepta Legis naturalis etiam diſtributivè ſumpta perfectè ſecundùm ſubſtantiam & modum obſervare.

GRATIA porrò naturalis eſt quod intelligere, velle, libertate uti poſſumus:

ſumus : Supernaturalis eſt Evangelii prædicatio, lex, miracula, Dei patientia, & providentia, ſed externa. Hanc utramque cum remiſſione nudâ peccatorum, & omni aliâ gratiâ quæ voluntatem non verè movet & meliorem reddit, ad eam categoriam rejicimus, quam impugnavit ſanctus Auguſtinus. Gratia Chriſti quam prædicamus, non externa eſt, ſed interna, non juvans tantùm, ſed prẹveniens & phyſicè movens; non alliciens & ſuadens, ſed perſuadens, non utilis, ſed neceſſaria. Donum eſt miſericordiæ & potentiæ Dei intellectum illuſtrantis & voluntatem moventis & ſuaviter & fortiter. Cum Pelagio non amplificamus libertatem, cum Calvino non tollimus. Pelagiano reſiduæ voluntatis vires ad bonum opus ſufficiunt, Semipelagiano ad initium & bonum deſiderium, nobis nec ad inchoandum, nec ad perficiendum ſine gratia ſufficiunt. nedum ſine fide in Chriſtum valeant. Quam quidem gratiam non omnibus ex æquo fidelibus & infidelibus, nec ubique, nec ſemper dari adeò verum eſt, ut id negaverit etiam Pelagius cum in oblatâ ſummo Pontifici fidei profeſſione Catholicus videri voluit, nec eam aſſerere auſi ſint Vaſtida & Salas in 33. Congregatione, niſi iis qui conarentur

ex viribus naturæ; in quo & damnati ſunt. Quibus ergo datur, ex miſericordiâ datur, quibus non datur, ex juſtitiâ denegatur. Ex quo nemo colliget omnia infidelium opera eſſe peccata; cum alii per gratiam quâ ad fidem pervenerunt, aliqua ante ipſam plenam fidem bona fecerint, alii bona officia quandòque exerceant, in quibus non niſi ex defectu finis ultimi & humilitatis vulgò peccant. Omne opus bonum credimus aut malum, nullum indifferens, ſicut nec ſimpliciter infructuoſum. Amare Deum ut eſt author naturæ & ut eſt author gratiæ, duplex eſt ejuſdem objecti conſiderandi ratio; neuter actus ſit ſine gratiâ Chriſti.

GRATUITA eſt omninò gratiæ collatio. Conanti ex viribus naturæ non datur, aut ex congruo, aut ex pacto Chriſtum inter & Patrem inito, quod commentum Ludovici Molinæ Scripturæ & Traditioni contrarium, congregatione nonâ ſub Clemente VIII. diſputatum eſt, & congregationibus & 24, 26, & 33. inter placita Caſſiani amandatum. In aſſignandis variis gratiæ ſpeciebus ſeu conditionibus diſtinguendi ſunt naturæ ſtatus, pro diſpari enim naſcendi conditione diverſam Deus

ſervat

ſervat gratiæ œconomiam. Primus ſtatus eſt juſtitiæ quam decebat habere hominem factum ad videndum & amandum Deum. Secundus eſt in quo mala & averſa à Deo naſcitur voluntas, in eo homo creari non poteſt niſi in pœnam peccati. Primus ſtatus eſt Adami, ſecundus noſter eſt. In primo voluntas erat recta & ſana; gratia arbitrio commiſſa. In noſtro ſubventum eſt infirmatati noſtræ voluntaſque habet non tantum ut poſſit ſi velit, ſed etiam ut velit fortiter & poſſit quod velit & agat quod poſſit. Hoc gratiæ diſcrimen ut omni argumentorum & convitiorum genere impugnarunt Maſſilienſes, ita ſummâ curâ demonſtravit Auguſtinus cum Diſcipulis ſuis & confirmavit Eccleſia. In hoc capite ſicut in prædeſtinatione hujus ſtatûs imò & Angelorum & in cæteris concordans eſt ſancti Thomæ doctrina cum doctrinâ ſancti Auguſtini, licet diſcrepare videantur quibuſdam verbis quorum ſenſus ludit in tenui. Inter multas gratiæ diviſiones quas Schola excogitavit, has ſufficientes credimus. Gratia alia eſt primi, alia noſtri ſtatûs. Gratia noſtri ſtatûs, alia gratis data, alia gratum faciens. Hæc vel habitualis quæ & ſanctificans & ſufficiens à veteribus Theologis dicta eſt,

eſt, alia actualis. Actualis vel magna eſt & ſuperior tentationibus & concupiſcentiæ & opus bonum operatur & vocatur efficax; vel parva & aliquos tantûm motus & pia deſideria excitat, non ipſum bonum opus efficit & ſufficiens à Scolaſticis recentioribus dicitur nomine minùs populari, cæterum ſufficienti in Scholâ.

GRATIA habitualis & ſanctificans reddit hominem Deo gratum, ſupplet vires voluntatis per peccatum amiſſas, reddit animæ potentiam agendi completam quidem in actu primo, ſeu in genere potentiæ, non in actu ſecundo, ſeu in genere actûs. Neceſſaria quippè eſt gratia actualis efficax, ut habeat homo eam potentiam quæ in ſanctis cum actu provenit. Atque adeò veræ ſunt & Catholicæ iſtæ propoſitiones & non contradictoriæ. Homo per gratiam habitualem habet potentiam agendi: *homo ſine gratiâ efficaci non poteſt agere.* Gratia actualis ſufficiens præter effectum primarium quem operatur in intellectu & voluntate, ordinatur ad effectum ulteriorem ad quem movet, ſed illum nunquam obtinet, ac proindè ex alterâ parte eſt efficax, ex alterâ inefficax ſeu ſufficiens. Eam licet

juſtis

juſtis volentibus & conantibus ſemper adſit, ubique tamen nec ſemper adeſſe quoties præceptum urget, probant imprimis peccata quæ ex cæcitate, ignorantiâ, ſubreptione, & obduratione proficiſcuntur. Gratia efficax, victrix, medicinalis, ſanans, præveniens, ſubſequens, operans, cooperans & aliis etiam nominibus appellatur; ita complet velle & poſſe ut det agere. Non datur omnibus & ubique, imò ſanctis ipſis vel in pœnam præcedentis peccati, vel ut diſcant non ſuperbire, & undè ſit hoc donum agnoſcant, non conceditur. Neceſſaria eſt ad credendum, ſperandum, amandum, orandum, incipiendum & perficiendum ſicut oportet, quantò magis ad perſeverandum. Auxilium enim illud ſpeciale quod juſtis qui diu vivunt poſt acceptam juſtificationem gratiam & aliqua bona opera exercent uſque in finem vitæ ita neceſſarium ſub anathemate definivit S. Synodus Tridentina, ut ſine eo perſeverare non poſſint; credimus ipſiſſimam gratiam efficacem quam Deus largitur in ordine ad vitam æternam his qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. Eſt autem propoſitum illud, & prædeſtinatio præparatio beneficiorum per quæ certiſſimè liberantur quicumque liberantur.

berantur, ita ut decretum liberandi ſit radix præparationis. Decretum illud gratuitum eſt in Deo independens ab omni prævisione meritorum quorum eſt radix & principium......

*His Theſes, Deo duce, & auſpice Dei-parâ, tueri conabitur LUDOVICUS BOUREY, Diaconus Conſtantienſis, ſacræ Facultatis Pariſienſis è Regiâ Societate Baccalaureus Theologus, die Mercurii quartâ menſis Auguſti, Anno Domini 1717. à ſextâ matutinâ ad ſextam veſpertinam.*

IN SORBONA.

PRO SORBONICA.

## *Procés verbal dreſſé pour l'affaire de M. Bourey, Bachelier de Licence.*

P. 68. III. Partie.

L'An mil ſept cens dix-ſept, le Samedi vingt-uniéme d'Août, à huit heures du matin, ſe ſont aſſemblés dans la Maiſon de la Faculté de Théologie, ruë des Noyers, Paroiſſe ſaint Benoît, Meſſieurs les Députés nommés par la Concluſion de ladite Faculté, du dix-ſept

ſept du preſent mois; Sçavoir, MM. Duqueſne, Hideux, Navarre, Bouret, Jollain, Courcier, Menedrieu, des Londes, Brulé, le Tonnelier, Cottin & le Fevre *ſecond*; leſquels en preſence de MM. M. Guillaume le Maire Doyen, & Joſeph Jean-Baptiſte Quinot, Ex-Syndic de ladite Faculté, ſe ſont fait repreſenter le Plumitif de ladite Concluſion du dix-ſeptiéme de ce mois, ſignée par M. le Doyen, énoncée en ces termes: *Ad examinandam Theſim & reſponſa Magiſtri Bourey, nominat (Sacra Facultas) SS. MM.* Hideux, Navarre, Menedrieu, Bouret, Courcier, le Fevre 2. Duqueſne, Jollain, Cottin, le Tonnelier, Brulé, des Londes, *qui expendant Theſim, audiant M. Bourey, & SS. MM. & etiam Baccalaureos qui adfuerunt cùm reſponderet, & de iis ac circumſtantiis totius hujus negotii ad Facultatem referant.* Et en conſequence de ladite Concluſion, leſdits Sieurs Députés ſe ſont fait repreſenter la Theſe de Sorbonique dudit M. Louis Bourrey, Diacre du Dioceſe de Coutances, Bachelier en Theologie de la preſente Licence, & de la Maiſon Royale de Navarre, ſoûtenuë en Sorbonne le Mercredi quatre du preſent mois & an: de laquelle Theſe ils auroient fait lecture, & exa-

examiné principalement les propoſitions touchant la grace, contenuës dans les ſix premieres colomnes, & lecture faite de ladite Theſe, & M. l'Ex Syndic a requis M. le Doyen de demander à tous Meſſieurs les Députés leur ſentiment ſur la doctrine de ladite Theſe par voye de déliberation; & la choſe propoſée & miſe en déliberation par M. le Doyen, chacun de Meſſieurs les Députés ayant opiné en ſon rang, il a été conclu unanimement, que la doctrine contenuë en ladite Theſe eſt ſaine, orthodoxe & reçûë en Faculté.

Enſuite Meſſieurs les Députés ont fait appeller ledit M. Bourey, & n'ayant aucune difficulté à lui faire ſur ſa Theſe, ils ſe ſont reſtreints à l'interroger ſur ſes réponſes; & interrogé par M. Duqueſne, le Doyen de la Députation, quelle étoit la propoſition de la Theſe, à l'occaſion de laquelle il a fait des réponſes dont on s'eſt plaint, & quelles ont été ſes réponſes? Ledit Sieur Bourey a dit, que le Frere Mayence, preſenté des Dominicains, avoit attaqué une propoſition contenuë dans la ſixiéme colomne, conçûë en ces termes: *Homo ſine gratia efficaci non poteſt agere*, & avoit ainſi formé ſon argument: *Ea propoſitio propugnari non poteſt à Baccalaureo Sacra*

*cræ Facultatis alumno, quæ ſimilis eſt propoſitioni Arnaldinæ, quam Sacra Facultas damnavit ut erroneam & hæreticam, cenſurâ latâ anno milleſi no ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto. Atqui. Ergo.* A quoi lui Bourey a dit avoir répondu. Premierement, que ſa propoſition n'étoit point celle de M. Arnauld, ce qui étoit facile à voir, puiſque ce n'étoit point les mêmes termes. Secondement, qu'il avoit ſoûtenu que ſa propoſition étoit catholique, & que non-ſeulement elle étoit théologique, mais même appartenoit à la foy, comme une Concluſion premiere; ce qu'il croit avoir ſuffiſamment prouvé par l'Ecriture, les Peres, les Conciles & les Papes. Troiſiémement, dit avoir répondu à la ſeconde partie de l'objection, qui regardoit la cenſure, qu'on ne devoit pas la lui objecter comme une cenſure de la Faculté, parce qu'il croyoit, *Primò*, qu'il n'y avoit pas eu dans les Aſſemblées où avoit été portée cette cenſure, une liberté ſuffiſante. *Secundò*, parce qu'il croyoit qu'on n'avoit pas écouté, comme on le devoit, toutes les juſtifications de M. Arnauld. *Tertiò*, parce qu'il croyoit que cette cenſure pechoit contre pluſieurs Statuts & Concluſions de la Faculté, confirmées par pluſieurs

Arrêts du Parlement. De plus a declaré, pour ſe juſtifier des ſoupçons mal fondés que l'on pourroit avoir ſur ſa doctrine, qu'il condamne ſincerement toutes les erreurs condamnées par l'Egliſe, & & nommément celles qui ſont condamnees par les Conſtitutions de nos ſaints Peres les Papes Innocent X. & Alexandre VII. Et lecture à lui faite de ſa declaration & de ſa réponſe, y a perſiſté, & a ſigné, Bourey.

Et ledit Bourey retiré, M. l'Ex Syndic a requis que l'on entendît les Docteurs qui avoient été preſens à la Theſe, & qu'il avoit invités de ſe trouver aujourd'huy à la Maiſon de la Faculté, pour rendre témoignage des réponſes dudit Bourey, comme ayant été preſens à ladite Theſe, lorſque le Frere Mayence diſputoit ſur la Propoſition cy-deſſus. Sur quoy Meſſieurs les Députés ont jugé à propos de les entendre. Et eſt comparu M. de la Coſte, qui a dit que lui preſent à la Theſe, Bourey a répondu que la propoſition attaquée n'étoit point la même que la propoſition de M. Arnauld, n'étant pas conçûë dans les mêmes termes : Et à l'égard de la cenſure faite contre M. Arnauld, que ledit Bourey a répondu qu'on ne la devoit pas regarder comme l'ouvrage de la Faculté,

attendu

attendu qu'elle a été faite ſans liberté, & contre les regles ; & lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté, & a ſigné, de la Coſte.

Enſuite eſt comparu M. Nau, Docteur de la Maiſon Royale de Navarre, auſſi preſent à la Theſe, lequel a dit, que lui preſent, le Sieur Bourey avoit répondu, que la propoſition qu'on attaquoit n'étoit pas celle qui avoit été condamnée par la Faculté : Et à l'égard de la cenſure, qu'on avoit tort de la lui objecter, n'étant pas une cenſure qu'on dût attribuer à la Faculté ; ce qu'il a appuyé de pluſieurs moyens ; Et lecture à lui faite de ſa declaration, y a peſiſté & ſigné, Nau.

Enſuite a comparu M. Carpot, lequel a dit être entré à la Theſe, lorſque ledit Bourey rapportoit les preuves, tant de l'Ecriture, que des ſaints Peres, pour ſoûtenir que ſa propoſition étoit catholique, & conclut de toutes ſes preuves, que ſa propoſition étoit orthodoxe. A l'égard de la Cenſure objectée audit Bourey, le Dépoſant a entendu dire audit Bourey, qu'on ne devoit point s'y arrêter, n'étant pas revêtuë de toutes les conditions neceſſaires pour la rendre valable : Et lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté, & a ſigné, Carpot.



Digitized by Google

Enſuite eſt comparu M. Perchel, Docteur, lequel a dit avoir aſſiſté à la Theſe dudit Bourey, & avoir été preſent, lorſque le Frere Mayence a objecté la cenſure portée contre M. Arnauld, & que le Sieur Bourey a répondu, qu'on ne pouvoit regarder cette cenſure comme l'ouvrage de la Faculté, par le défaut de liberté, & parce qu'elle étoit contraire à toutes les regles de la même Faculté; ce qu'il a appuyé par toutes les raiſons qu'a apporté feu M. de Launoi: Et lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté, & a ſigné, Perchel.

Enſuite M. le Syndic ayant dit qu'il avoit mandé pluſieurs Bacheliers preſens à ladite Theſe, & à l'argument propoſé par le Frere Mayence, Meſſieurs les Députés les auroient fait appeller pour les entendre. A comparu M. Nicolas Heaulme de la Neuville, Bachelier de la preſente Licence, & de la Maiſon de Navarre, lequel a dit avoir entendu ledit Bourey répondant au Frere Mayence, que ſa propoſition n'étoit pas la même que celle qui a été cenſurée par la Sacrée Faculté; que d'ailleurs ladite cenſure ne pouvoit lui être objectée, parce qu'elle n'a pas les conditions requiſes pour une cenſure de la Faculté, & qu'il étoit évident qu'elle étoit injuſte, parce

qu'elle

qu'elle eſt contraire aux regles de l'équité, aux uſages de la Faculté, & ſans liberté de ſuffrages, *contra leges, jura & vota*: Et lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté, & ſigné, J. N. Heaulme de la Neuville.

Eſt comparu enſuite M. Jean-Edme Baudoin, Bachelier de la preſente Licence, lequel a dit avoir été préſent à l'argument qu'a propoſé le Frere Mayence au Sieur Bourey, & que ledit Bourey a répondu, premierement, que ſa propoſition étoit differente de celle dont il étoit fait mention dans la Cenſure. Secondement, a prouvé que ſa propoſition étoit non-ſeulement Catholique & Théologique, mais qu'elle appartenoit à la Foy. Troiſiémement, à ce qu'on lui objectoit de la Cenſure, a répondu que ladite Cenſure ne pouvoit être regardée comme un ouvrage de la Faculté, attendu qu'elle avoit été faite contre toutes les regles que la Faculté a coûtume de ſuivre dans ſes Cenſures; lecture faite de la preſente declaration y a perſiſté, & a ſigné, Baudoüin.

Eſt comparu enſuite M. Hercule Meriadet Davollé, Bachelier de la preſente Licence, lequel a dit avoir été preſent à l'argument propoſé par le Frere Mayence au ſieur Bourey, & que ledit ſieur

Bourey a répondu, premierement, que ſa propoſition étoit differente de celle qui a été condamnée dans la Cenſure. Secondement, que ſa propoſition étoit Catholique, & non ſeulement Théologique, mais même appartenante à la Foi. Troiſiémement, que la Cenſure n'étoit point un Décret de la Faculté, attendu qu'elle avoit été faite *contra Leges & jura ſacræ Facultatis & vota Doctorum*; & lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté & ſigné, H. M. Davollé.

Eſt comparu Frere Gui Mayence, preſenté des Dominicains, & Bachelier de la preſente Licence, lequel a dit que diſputant contre le ſieur Bourey, & lui ayant objecté la Cenſure de la Faculté contre M. Arnauld, il répondit, 1. Que ſa Propoſition n'étoit pas la même que celle qui avoit été cenſurée. 2. Qu'on ne pouvoit rien inferer de cette Cenſure, attendu qu'elle ne pouvoit être attribuée à la Faculté, ayant été faite *contra Leges & jura ſacræ Facultatis & vota Doctorum*; & lecture à lui faite de ſa preſente declaration, y a perſiſté & a ſigné, F. G. Mayence.

Eſt comparu Touſſaint Pean, Bachelier de la preſente Licence, & Doyen de la même Licence, lequel a dit que s'étant

s'étant trouvé ſur les bancs lors de la diſpute, le ſieur Bourey prouva, 1. Sa Propoſition attaquée par l'autorité de l'Ecriture & des Peres. 2. Qu'il declara que ſa Propoſition n'étoit pas la même que celle qui avoit été cenſurée. 3. Que la Cenſure étoit nulle, & faite contre les régles de la Faculté; & lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté & ſigné, T. Pean.

Eſt comparu enſuite Pierre Benigne Germain, Bachelier de Licence, lequel a dit, qu'étant preſent lors des réponſes dudit Bourey à Frere Mayence, il lui a entendu dire, 1. Que ſa Propoſition n'étoit pas la même que celle qui avoit été condamnée. 2. Que cette Cenſure ne devoit point être reputée l'ouvrage de la Faculté, ayant été faite *contra Leges & Statuta & vota Doctorum*; & lecture à lui faite de ſa declaration, y a perſiſté & a ſigné, P. Germain.

Eſt comparu Philippe Maziere, Bachelier de Licence, lequel a dit que s'étant trouvé ſur les bancs lors des réponſes du ſieur Bourey à Frere Mayence, preſenté des Dominicains, il lui a entendu répondre, 1. Que ſa Propoſition n'étoit point la même que celle qui avoit été condamnée par la Cenſure qu'on lui objectoit. 2. Que ſa Propoſition étoit Catho-

Catholique, & appartenante à la Foi. 3. Que la Cenſure qu'on lui objectoit ne devoit point être attribuée à la Faculté, ayant été faite *contra Leges, jura & vota ſacræ Facultatis*; & lecture à lui faite de ſa declaration y a perſiſté & a ſigné, Maziere.

Eſt comparu Philippe Boidot, Bachelier de Licence, lequel a dit qu'étant lors de la diſpute depuis le commencement juſqu'à la fin, il a entendu répondre au ſieur Bourey, 1. Que ſa Propoſition telle qu'elle eſt couchée dans ſa Théſe, n'étoit poin la même que celle de la Cenſure. 2. Que ſa Propoſition étoit non ſeulement Théologique & Catholique, mais encore appartenante à la Foi. 3. Que la Cenſure n'étoit point de la Faculté, qu'elle étoit *contra Leges, Statuta & vota ſa ræ Facultatis*; & lecture à lui faite de ſa declaration, il y a perſiſté, & a ſigné, Boidot.

Et aprés avoir vacqué à ce que deſſus juſqu'à l'heure de midi, Meſſieurs les Deputés ſe ſont ajournés à la Maiſon de la Faculté à Lundi vingt-troiſiéme du preſent mois, à huit heures préciſes, & ont ſigné, Du Queſne, Hideux, Navarre, Bouret, Jollain, Cottin, Quinot, Bruſlé, le Tonnelier, Menedrieu, Courcier,

Digitized by Google

cier, des Londes, le Fevre, le Maire.

Et Lundi vingt-trois d'Août audit an à huit heures du matin, en conſequence du Réſultat ci-deſſus, ſe ſont aſſemblés MM. les Deputés en ladite Maiſon de la Faculté, pour continuer d'executer la Commiſſion à eux donnée, & M. l'Ex-Syndic a requis que lecture fût faite de tout ce qui s'eſt paſſé dans la premiere Seance; & lecture en ayant été faite, a repreſenté qu'il croyoit neceſſaire aujourd'hui de lire la Cenſure objectée audit Bourey par Frere Mayence, & les Actes & hiſtoires de ladite Cenſure, & l'a requis. Sur quoi lecture ayant été faite de ladite Cenſure, & des Actes & hiſtoires qu'ils ont pû recouvrer concernans ladite Cenſure, faits alors & depuis, & iceux examinés avec ſoin, il a paru aux ſuſdits Deputés, *Primò*, que les Aſſemblées dans leſquelles la Cenſure objectée a été faite, n'ont point été compoſées ſuivant les uſages établis par les Concluſions de la Faculté, & ordonnés par les Arrêts du Parlement 1552. 1621. 1626. & 1648. par leſquels il eſt ordonné qu'il n'y aura que deux Religieux de chaque Ordre des Mandians, qui auront voix en Faculté. La diſpoſition deſquels Arrêts a été renouvellée par Arrêt du Parlement du

du 27. Septembre 1663. qui ordonne l'execution des precedens Arrêts, à peine de nullité de tous les Actes qui ſe pourroient faire au contraire ; la diſpoſition duquel Arrêt fut confirmée par Arrêt du Conſeil du vingt-ſix dudit mois & an. Or, il eſt conſtant par les actes des Deliberations, & l'hiſtoire même des cinq Propoſitions imprimée à Trevoux l'an mil ſept cens deux, qu'un beaucoup plus grand nombre de Docteurs Mendians aſſiſterent aux Aſſemblées tenuës alors, & y porterent leurs ſuffrages. *Secundò*, que Maître Antoine Arnauld n'a point été cité non ſeulement par trois fois, mais pas même une ſeule fois, ni par les Appariteurs de la Faculté, ni par les Officiers publics, à comparoir aux Aſſemblées de ladite Faculté ; ce qui eſt cependant requis par les Loix Civiles & Canoniques, obſervées de tems immemorial par la Faculté dans les jugemens qu'elle rend contre ſes Sujets. Ce fait leur a paru établi par la Cenſure même, qui porte, *ipſum per amicos hortata eſt ut veniret ad Comitia, matri ſe ſubjiceret, ejuraretque falſam & peſtilentem doctrinam*. Ce qui paroît une preuve qu'il n'y a eu aucune citation juridique ; & de plus ceux qui ſe ſont portés pour ſes Juges, ſe decla-

declaroient ouvertement ſes Parties, ce qui les rendoit recuſables. *Tertiò*, que ledit Maître Antoine Arnauld a été condamné ſans qu'on ait voulu entendre toutes ſes deffenſes, & en particulier ſon ſecond Ecrit Apologetique, qu'il avoit fait preſenter à l'Aſſemblée du 17. Janvier *1656*. ſur la propoſition de Droit, duquel Ecrit aucun des Deputés n'a fait rapport en Faculté. *Quartò*, Ayant examiné la maniere dont cette Cenſure a été portée, il leur a paru qu'il n'y avoit pas eu dans les Aſſemblées la liberté neceſſaire & requiſe pour rendre un Décret valable. Ce que leur ont paru prouver la Lettre de Cachet apportée à l'Aſſemblée le dix Decembre mil ſix cens cinquante cinq, la preſence de M. le Chancelier de France aux Aſſemblées des vingt-deux, vingt-trois, vingt-quatre, vingt neuf, trente & trente-un Decembre mil ſix cens cinquante cinq, & les cinq, ſept, huit, dix, onze, douze, treize, quatorze & vingt quatre Janvier ſuivant; choſe dont il n'y a jamais eu aucun exemple en Faculté. La Loi que les Docteurs Opinans ſur le Droit ne paſſeroient pas en opinant une demie heure qui fut meſurée au ſable: & la retraite de plus de ſoixante Docteurs qui ſe plai-

gnirent

gnirent qu'il n'y avoit plus de liberté dans les Aſſemblées.

Sur quoi, Nous Deputés, avons unanimement été d'avis que les réponſes dudit Bourey étoient conformes à la verité des Actes & des faits ci deſſus mentionnés. Et comme ces mêmes raiſons font peine à pluſieurs perſonnes de la Faculté, & empêchent de bons Sujets de s'y preſenter, les Deputés, ſans entrer dans l'examen du fond de ladite Cenſure, ni autres Actes faits en conſequence, ont crû unanimement devoir propoſer à la Faculté de ne plus exiger à l'avenir la ſignature de ladite Cenſure. Le preſent Procés Verbal relû a été approuvé, clos, arrêté & ſigné le jour & an ci-deſſus à l'heure de midi. Signé, Du Queſne, Hideux, Navarre, Jollain, Courcier, des Londes, Menedrieu, Brûlé, Cottin, le Tonnelier, Quinot, le Fevre, le Maire.



Digitized by Google

## I V.

## *Extrait de la Theſe des Jeſuites censurée par la Faculté de Theologie de Poitiers.* P. 83. III. Part.

### ARTICULUS TERTIUS.

### Theſis Philoſophicæ propugnatæ in Regio Collegio Pictavienſi Societatis Jeſu, diebus Julii 17. & Auguſti 7. anno 1717.

AD Ethicam ſpectant humani actus, ad quos vera eſt in homine, etiam lapſo, arbitrii libertas. Non poteſt voluntas malum proſequi ut malum, poteſt autem abſolutè actum omnem liberè omittere; vix tamen dabitur de facto omiſſio pura ſimul & libera. Humanorum actuum regulæ duæ ſunt, lex & conſcientia. *Legis, etiam naturalis, ignorantia invincibilis, operantem ex illa verè excuſat à peccato formali.* Conſcientiæ erroneæ obſequi tenetur quiſque, ſi modò inculpabilis error fuerit, non ſi culpabilis. *Actus humanus alter eſt Philoſophicè bonus, alter Philoſophicè ) ſed non purè Philo-*

T. *ſophicè*

*ſophicè) malus: alter Philoſophicè etiam in individuo indifferens.* Ratio mali non in poſitivo aliquo, ſed in privativo conſtituenda. Interno actui nihil per ſe addit externus bonitatis moralis, aut malitiæ, addit ſæpè per accidens. Merces boni actûs eſt felicitas; alia naturalis [ poſſibilis namque eſt, & quoad viam & quoad terminum, puræ naturæ ſtatus ] ſupernaturalis altera: vel objectiva, quæ ipſe Deus eſt; vel formalis, cujus Metaphyſica eſſentia, non in viſione, non in amore, ſed in ſolo gaudio ex illis orto ſita eſt. Virtus eſt habitus bonum faciens habentem & opus habentis. Alia ſupernaturalis, moralis altera. Virtus moralis in homine infideli eſſe poteſt.

P. 86. 9. & P. 111.

## *Lettre d'un Jeſuite Profeſſeur de Philoſophie à Poitiers, à un Docteur de Sorbonne.*

MONSIEUR,

Dans la derniere Lettre que j'eus l'honneur de vous écrire par rapport à la Propoſition ſur laquelle on m'inquietoit ici à Poitiers, ſçavoir: Que tout Acte humain eſt ou bon d'une bonté

» bonté philoſophique, ou mauvais
» d'une malice philoſophique, mais
» non pas purement philoſophique ;
*Actus humanus alter eſt philoſophicè bonus ; alter philoſophicè, ſed non purè philoſophicè malus.* Je vous mandois qu'enfin tous les mouvemens étoient appaiſés.

En effet, l'Univerſité aſſemblée le matin du dix-ſept de Juillet, ayant ſouhaité que l'aprés-dînée du même jour où ma Theſe devoit être ſoûtenuë en preſence de toutes les Facultés, je fiſſe au commencement de la Diſpute une explication de mes ſentimens, je fis cette explication que je tiray mot pour mot de mes cahiers, & je la donnai par écrit aux Commiſſaires nommés, dont il y en avoit deux de la Faculté de Theologie, l'un deſquels étoit Monſieur Gilbon Doyen. Tout le monde parut ſi ſatisfait, que le lendemain dix-huitiéme on dreſſa un Acte de ce qui s'étoit paſſé, lequel fut approuvé de toute l'Univerſité, & inſeré dans les Regiſtres : & huit jours aprés, le vingt-ſeptiéme dans une troiſiéme Aſſemblée generale de l'Univerſité, l'on confirma derechef tout ce qui avoit été arrêté dans les précedentes. Je croyois donc avec quelque raiſon l'affaire entierement terminée.

Neanmoins j'apprens aujourd'huy, non ſans beaucoup de ſurpriſe, que nonobſtant ces deux ou trois Decrets de nôtre Univerſité, qui devoient avoir mis fin à tout, quelques membres de ce Corps ont déferé ma Propoſition à la Sorbonne. Je vous laiſſe à juger, Monſieur, quels peuvent avoir été les motifs d'une telle conduite; mais je vous prie auſſi d'avoir la bonté de communiquer à vos amis cette courte expoſition que je vous envoye de mes vrais ſentimens. J'eſpere qu'elle fera quelque impreſſion ſur l'eſprit des perſonnes équitables.

1. Quand j'ai dit, *Actus humanus alter eſt philoſophicè bonus; alter philoſophicè malus* : je n'ai prétendu qu'exprimer le ſentiment tres-ordinaire & le plus commun en Philoſophie, de ceux qui n'admettent point d'Actes humains indifferens d'une indifference morale. Or il eſt tres-certain, que ce ſentiment eſt bien éloigné de meriter aucune cenſure.

2. Si donc j'avois mis dans ma Theſe, *Omnis Actus humanus eſt vel moraliter bonus, vel moraliter malus*, je ne crois pas que perſonne ſe fût aviſé d'y trouver à redire; mais par malheur le mot de *philoſophicè* dont je me ſuis

ſuis ſervi, a réveillé l'idée du Peché Philoſophique, quoyqu'au fond j'entendiſſe par ce mot préciſément la même choſe, que par celui de *moraliter*; & je ne ſuis pas le premier ni le ſeul qui prenne ces deux termes pour de parfaits ſynonymes en cette matiere. Pour peu qu'on ait uſage des Ecoles, on conviendra que tous les Philoſophes ont accoûtumé de s'en ſervir indifferemment & dans le même ſens. Par conſequent, encore un coup, ma Propoſition n'eſt autre que celle-ci: *Non dantur Actus humani moraliter indifferentes* » il n'y a point d'Actes humains moralement indifferents »; & cette Propoſition n'a jamais paſſé pour cenſurable.

3. Cependant ſi j'énonçois ſimplement ma Propoſition de cette maniere, *Actus humanus, alter eſt philoſophicè* ou *moraliter bonus, alter philoſophicè* ou *moraliter malus*, quelqu'un ne pourroit-il pas s'imaginer que j'aurois voulu donner à entendre que cet Acte moralement mauvais, n'auroit qu'une malice purement morale ou philoſophique, ce qui ſeroit tomber dans l'erreur du peché philoſophique? Voilà, ce me ſemble, l'unique chicane qu'on pût faire ſur ma Propoſition.

Mais en premier lieu, chacun ſent que ce ſeroit une mauvaiſe chicane ; car dire qu'un Acte deſtitué de la bonté Morale qui lui conviendroit, eſt dés-là & neceſſairement infecté d'une malice morale, à cauſe qu'il n'y a point, comme on le prétend, de milieu entre la bonté morale & la malice morale ; ce n'eſt nullement nier que cet Acte moralement mauvais n'ait auſſi & en même tems une malice Theologique, qui le conſtituë offenſe de Dieu: tout comme aſſurer qu'un homme mort en peché mortel eſt privé du Royaume des Cieux, ce n'eſt pas nier qu'il ſoit encore brûlé en enfer. Un Philoſophe fait profeſſion de ne conſiderer les Actes humains que philoſophiquement & dans l'ordre purement moral ; & ainſi quand il ne parle que de leur bonté & de leur malice philoſophique ou morale, il ſe tient dans les juſtes bornes de ſa Faculté. Qu'on lui demande ſi l'Acte moralement mauvais, n'eſt pas encore mauvais theologiquement ? Il a droit de répondre : Sans doute il eſt mauvais theologiquement & vraye offenſe de Dieu, comme on le démontre tres-bien en Theologie ; mais cette queſtion n'eſt point du reſſort de la Philoſophie.

En

En ſecond lieu, Monſieur. j'ai prévenu ſur cet article toutes les difficultez des eſprits les plus inquiets; je les ai prévenuës en déclarant dans mes cahiers par une Aſſertion expreſſe, que *non datur peccatum Philoſophicum.* « Il ne peut y avoir de peché Philoſophique; je les ai prévenuës dans la » Theſe même dont il s'agit, en ajoûtant exprés à la ſeconde partie de ma » Propoſition ces mots : *S d non purè* » *Philoſophicè malus.* L'Acte humain » moralement ou philoſophiquement » mauvais, n'eſt pas mauvais d'une » malice purement philoſophique, ou » morale. Dites-moy, je vous prie, Monſieur, que peut ſignifier cette addition, ſinon que l'Acte qui eſt philoſophiquement mauvais, l'eſt auſſi theologiquement. Et qu'ainſi il n'eſt pas ſeulement un peché philoſophique, mais qu'il eſt encore & en même tems une veritable offenſe de Dieu. Le peché purement philoſophique ſeroit un Acte qui n'auroit que la malice morale ou philoſophique : or ſelon ma Propoſition, l'Acte moralement mauvais n'a pas une malice purement morale ou philoſophique ; donc cet Acte, ſelon ma Propoſition, n'eſt point un peché purement philoſophique; donc il

eſt

eſt auſſi peché theologique & offenſe de Dieu. Cela eſt ſi évident, que je ne vois pas qu'on puiſſe condamner ma Propoſition, ſans que ceux qui la condamneroient tombaſſent eux-mêmes dans la monſtrueuſe erreur du peché philoſophique : car en condamnant ma Propoſition : Sçavoir « qu'un Acte humain mauvais, n'eſt pas un peché purement philoſophique, « *Non purè philoſophicè malus* : La Propoſition contradictoire que preſenteroit la Cenſure, ſeroit celle-ci. « Un Acte humain mauvais, eſt un peché purement philoſophique. *Eſt purè philoſophicè malus.*

Je crois, Monſieur, qu'en voilà aſſez pour la juſtification de ma Propoſition. Je ſerois tres-fâché de rien ajoûter contre ceux qui travaillent avec tant de zele à la faire condamner. Je ſuis, &c.

*J'Ai lû cette Lettre, dans laquelle je n'ai rien trouvé de contraire à la Foi & aux bonnes mœurs, & qui me paroît devoir juſtifier pleinement l'Auteur de tout ſoupçon de l'erreur du peché Philoſophique. A Paris ce 20. Septembre* 1717.

*P. LUDRON, Curé de Saint Nicolas du Chardonnet.*

VEU l'Approbation de Monſieur Ludron Docteur de Sorbonne, Curé de Saint Nicolas du Chardonnet. Permis d'imprimer, ce 21. Septembre 1717.

M. R. DE VOYER D'ARGENSON.

## *Cenſure d'une Theſe des Jeſuites par la Faculté de Théologie de Poitiers.*

P. 83. III. Partie.

*Excerptum ex Monumentis S. Facultatis Pictavienſis Theologiæ, menſis Julii 16. anno Domini 1716.*

CUm Sacris Theologiæ Facultatibus præcipua incumbat cura, ut tradita divinitùs fidei & morum doctrina inviolabiliter & illibatè cuſtodiatur, devitando juxta Apoſtoli monitum *profanas vocum novitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*; Theologica Pictavienſis Facultas Majorum ſuorum veſtigiis inhærens, ac ſemper providere ſollicita de remediis opportunis contra opiniones ab ea ſana diſcrepantes doctrina, in id ſollicitiùs multò tenetur hiſce procelloſis diebus invigilare, quòd infelici comprobet experimento quoſdam errores diu anti-

antiquatos Diplomatibus Pontificiis; Clerique Gallicani Decretis multoties proſcriptos innovari, & è tenebris erui, quibus in æternum erant ſepeliendi.

Muneri igitur ſuo hac in parte ne deficere videatur, extraordinariè convocata in ſcholis Opportunicis à D. Petro Gilbon Decano, & requirente D. Joanne Audinet Syndico, ut ſinguli Doctorum circa Philoſophicam Theſim jam in urbe tota divulgatam, atque præſente Univerſitate die 17. menſis Julii in aula Collegii Societatis Jeſu propugnandam hanc: *Actus humanus alter philoſophicè bonus; alter philoſophicè, ſed non purè philoſophicè malus*, continentem, ſuam proferrent ſententiam. Lectâ & perlectâ philoſophicâ theſi, necnon in maturam deliberationem re admiſſâ, ſuffragantium conſenſu ſequens emiſit decretum.

Nos Theologiæ Doctores prædictam propoſitionem excerptam ex tertiâ appendice dictæ Philoſophicæ Theſis his verbis conceptam: *Actus humanus alter eſt philoſophicè bonus; alter eſt philoſophicè, ſed non purè philoſophicè malus*: prout jacet in terminis tanquam captioſam & in errorem peccati philoſophici inducentem reprobavimus, ac per præſens decretum reprobamus. Cæterùm

rùm alias propoſitiones in prædicta theſi contentas approbare nullatenus intendimus. Datum Pictavii in dictis ſcholis Opportunicis, die decimâ ſextâ menſis Julii, anno milleſimo ſeptingenteſimo decimo ſeptimo.

CHAUVIN *Secretarius Sacræ Facultatis Pictavienſis.*

## *Lettre de la Faculté de Thologie de Reims, à la Faculté de Theologie de Paris.*

P. 951 III. Part.

Du 28. Septembre 1717.

*Thelogi Remenſes Pariſienſibus Theologis.*

SAPIENTISSIMI PATRES,

Non ſine ingenti ſolatio, & intimo grati animi ſenſu accepimus miſſa ad nos à digniſſimo veſtro Exſyndico exemplaria cùm primæ Partis Articulorum Doctrinæ, tùm veſtrarum circa Regiam auctoritatem Cenſurarum & Declarationum. Hinc perſpicere eſt quàm ſtudioſè Deo reddatis & Cæſari quod utrique debetur : Mardochæi ſimiles, qui divino cultui æquè ac Principis ſecuritati conſulens, modò perfidorum Civium

vium detegebat inſidias, modò impia ſuperbi Hominis conſilia diſturbabat, parem utroque nomine gloriam promeritus.

Eſther 6. 3. *Quid* verò *pro hâc fide honoris ac præmii* deſideratis, Patres ſapientiſſimi, niſi, quod exoptant Boni omnes, ut ſcilicet benè, ut rectè docere, ut in commune prodeſſe liceat? Quis credat poſſe quemquam hanc vobis invidere mercedem? Invident tamen qui *boni-*

Eſther 16. 2. 5. 6. 7. *tate Principum, & honore qui in eos collatus eſt* abutuntur *in ſuperbiam .... & eos qui credita ſibi officia diligenter obſervant, & ita cuncta agunt ut omnium laude digni ſint, mendaciorum cuniculis conantur ſubvertere, dum aures Principum ſimplices, & ex ſuâ naturâ alios æſtimantes, callidâ fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur hiſtoriis & ex his quæ geruntur quotidie.*

Quoties optimus quiſque, talium hominum, qualis Aman fuit, calumniis appetitus eſt, accuſatus, damnatus, vexatus, inauditus utiquè atque indefenſus, quaſi *novis uteretur legibus...*

Eſther 13. 3. 4. *Regum juſſa contemneret, & univerſarum concordiam Nationum ſuâ diſſenſione violaret?*

Hoc pluries experti ſunt Pariſienſes Theologi; hoc Remenſes hodie experimur.

rimur. Scilicet extorta clandeſtinis delationibus, & obreptione elicita à Sereniſſimo Principe Regni Adminiſtro juſſio eſt, quâ Catalaunum amandatur digniſſimus Syndicus noſter *Martinus Ordinet*, Vir non innocens modò, ſed zelo, conſtantiâ, pacis ſtudio, prudentiâ ſingulari commendamus: Capitulo ſancti Symphoriani cujus Decanus eſt, Pauperibus totâ Urbe diſperſis quorum neceſſitatibus providet, Ptochodochio cujus eſt Adminiſter, Clero cujus negotia gerit, Bonis omnibus quibus eſt in deliciis, Nobis præcipuè noſtroque Ordini maximè carus & neceſſarius, ut illius exilium non privata unius, ſed communis omnium calamitas eſſe videatur.

Soli exultant, ut ſolent in rebus peſſimis, inimici noſtri, antiqui & perpetui, imò veſtri, & ſanctorum quæ defenditis Dogmatum. Syndici noſtri relegationem interpretantur appellationis ad Concilium neceſſariò interjectæ, Appellantiumque omnium damnationem. Nova minantur exilia, novas ſi ſuperis placet, poſt menſes aliquot, tempeſtates, apertamque ab omnibus Appellationi adhærentibus, quos Schiſmaticos & Hæreticos vocant, ſciſſionem.

In hoc rerum articulo adeſte quiV buſ-

buſcumque officiis poteritis, Sapientiſſimi Magiſtri; adeſte digniſſimo Syndico noſtro, cujus virtutem in negotio *D. le Roux* noviſtis & probaſtis: adeſte Facultati ex veſtrâ natæ, eique conſociatæ, adeſte Juſtitiæ & Religioni.

Non imploratam opem tuliſtis ubi de Mandato illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi, à quo appellandum duxeramus, agebatur: fuitque cauſæ communi utiliſſima veſtra illa apud integerrimos judices pro veritate, pro æquitate, pro pace ſupplicatio. Quis non confidat & in præſenti dolore noſtro adhibenda à Vobis officia omnia, & efficacia fore apud Sereniſſimum PRINCIPEM, per quem, ut vobis ante annum ſcribebamus, id licet quod per leges?

Quod Syndicum noſtrum exulare juſſit, importunis calumniatoribus imputamus: quod non procul relegaverit, quod in amicam tranquillamque Diœceſim, ubi à Sacris, ab Altari, ab rerum civilium precumque conſortio non arcebitur, id nos Auguſtiſſimi Principis clementiæ debere agnoſcimus.

Neque verò dnbitamus quin, adjuvantibus Vobis, ab eadem clementiâ impetremus ut quod extorqui à ſe paſſus eſt, ultrò ac volens, cognitâ Syndici noſtri innocentiâ, revocet: ut ipſi ad nos

nos redire, nobis liceat, eo proponente, vobis exemplo præeuntibus, Deo imprimis favente atque inſpirante, illa ſtatuere quæ poſſint Eccleſiæ Patriæque prodeſſe. Valete, ſapientiſſimi Patres, & pergite *ſeparare pretioſum à vili*, ut ſitis *quaſi os* Domini. Datum Remis in Congregatione extraordinariâ quarto Kalend. Octob. anno Domini 1717. *Jerem.* 15. 19.

De Mandato D. D. Decani & Magiſtrorum Sacræ Facultatis Remenſis, A. Curiot, ejuſdem Facultatis Doctor & Scriba.

## VI.

### *Lettre de M. d'Armenonville, Secretaire d'Etat, à M. l'Abbé Quinot.*

P. 165. III. Partie.

*A Paris, ce 2. Octobre 1717.*

MONSIEUR,

Je rendis compte hier à Monſeigneur le Duc d'Orleans du reſpect & de la ſoûmiſſion avec leſquels vous & ceux de vôtre Faculté, qui vous avoient accompagné chez moy, aviez reçû les ordres que S. A. R. m'avoit chargé de vous donner

de ſa part, & je n'oubliai rien de tout ce que vous m'aviez dit & remontré, tant ſur la liberté de vos élections, que ſur les Sujets ſur qui le choix de la Faculté pouvoit tomber. Vous avez ſuivi le conſeil que je vous avois donné, de remettre vos interêts entre les mains de Monſeigneur le Cardinal de Noailles, & c'eſt à lui * que vous devez la liberté que S. A R. vous rend aujourd'hui de faire proceder à l'élection d'un nouveau Syndic, & de faire choix du Sujet que la Faculté jugera plus convenable pour remplir cette Place ; je viens de recevoir l'ordre de S. A. R. de vous faire ſçavoir ſes intentions ſur cela, & c'eſt avec joye que je m'acquitte en cela de mon miniſtere. Je ſuis,

MONSIEUR,

Vôtre trés-humble & trés-affectionné Serviteur,
D'ARMENONVILLE.

* Cette addition ne fut point écoutée avec le même ſilence que le reſte de la Lettre.

## VII.

## *Lettre des Religieux de S. Melaine de Rennes à la Faculté de Théologie de Paris.* P. 117. III. Paris.

*Clariſſimis ac Sapientiſſimis Viris DD. Decano, cæteriſque ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis Magiſtris. Humillimi Servi veſtri Prior & Monachi Monaſterii Sancti Melanii Rhedonenſis, ſalutem in eo qui eſt* ſalus, vita & reſurrectio noſtra.

CLARISSIMI AC SAPIENTISSIMI VIRI.

QUam ſupra modum & ultra debitum memores ſcripſiſtis & ſcriptam ad nos dirigendam nuper curaſtis Epiſtolam, læti ſuſcepimus, moxque Congregati in unum ſummâ quidem cum reverentiâ, ſed non niſi aliquo cum rubore, dum recitaretur, verecundi audivimus. Quales enim ac quanti ſumus nos, & undè hoc nobis, ut noſtri non tantùm recordatione, ſed & laudibus noſtris tantiſper detineatur ſacra Facultas Theologiæ Pariſienſis, Ordo ſacer, toto terrarum orbe celeberri-

berrimus, Chriſtianæ reipublicæ lumen, eruditionis Schola præcipua, avitæ fidei columna, perpetuum Eccleſiæ Gallicanæ concilium, imò vero decus, & ornamentum.

Præclarum reverâ & numquàm ſatis laudatum Dominum Ravechet, Syndicum veſtrum ad nos adventantem ſuſcipere, & ipſum quibus potuimus obſequiis proſequi & reficere exultavimus & delectati ſumus : verùm cùm illud totum quod ipſi à nobis exhiberi potuit, ex Evangelio, necnon ex ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti Regula hauſerimus; quid niſi ſervi inutiles ſumus, qui quod debuimus facere fecimus, & quod officii noſtri erat, exequuti ſumus ?

Non eſt igitur cur tantoperè qualiacumque miniſteria noſtra officiosâ quâdam exaggeratione extollatis, plus enim procul dubio ex tanti viri commercio licet, breve nimis, ac velut momentaneum fuerit, reportaſſe nos, quàm ipſi ex conſortio noſtro provenerit, fateamur neceſſum eſt. Nec mirum ; ipſe ſiquidem vix indigens operâ noſtrâ, cùm ipſi nobilium quotquot erant, oſtia paterent & corda, cœnobium noſtrum benevolo delectu ingreſſus pro temporalibus & modicis, quibus utcum-

que

que recreatus eſt, abundè nobis contulit *ſpiritalia, quæ comparatione ſui ita ſunt, quaſi ſi parvo numero centenarius numerus comparetur.* Hier. lib. 3. in Math. c. 19.

Centuplum itaque ſed pretioſum centuplum pro caducis quæ retribuimus illi, retribuit nobis. Huic ægrotanti adfuimus, & corpori mox reſolutionem paſſuro, quæ fuerunt in promptu remedia ſubminiſtravimus; ille verò *quæ retrò erant oblitus, & ad anteriora* ſe *extendens*, virtutum omnium theſaurum, quem ſibi dùm per tempus liceret, tanquàm *fidelis ſervus & prudens* comparaverat, ob oculos poſuit & omnibus quotquot aderant patefecit. Philip. 3. 13. Matth. 24. 45.

Hinc accidit, res ita diſponente Deo, cujus eſt totum quod eſt optimum, ut lectulus ſuper quem aſcenderat, fieret ſchola noſtra, & ipſe decumbens, cujus univerſum ſtratum verſaverat Dominus in infirmitate ejus, Magiſter noſter, quo docente verbis & exemplis, quilibet ediſcere, & quaſi ipſiſmet oculis intueri potuit, quàm bonum ſit homini *ſtetiſſe ſuper vias, & interrogaſſe de ſemitis antiquis quæ ſit via bona, & ambulaſſe in ea, diſciplinam in pace conſervaſſe*, emiſiſſe verbum certum enarrans veritatem, *cuſtodiſſe innocentiam & vidiſſe æquitatem; quoniam ſunt reliquiæ* Jerem. 6. 16. Eccl. 41. 17. Pſ. 36. 37.

*homini*

*homini pacifico*. Hinc probatum manſit omnibus, quòd *bona bonæ conſcientiæ revireſcunt, quòd in laboribus non areſcunt, nec in morte evaneſcunt, ſed refloreſcunt*; quòd ipſa *lætificant viventem, morientem conſolantur, reficiunt mortuum, nec deficiunt in æternum*. Ibi tandem fas erat cominùs inſpicere hominem qui *ſpiritu magno vidit ultima, nec* tamen *alta ſapientem, ſed humilibus conſentientem, in patientiâ ſuâ animam* inter acerbiſſimos dolores *poſſidentem*, & inter multiplices curas, quibus tam caro hoſpiti conſultum volebamus, ſi de ſuâ ipſius recuperandâ ſanitate oblitum, ut alterum & quidem peritiorem, ut ſaltem conjiciebamus, Chirurgum accerſiri non paſſus fuerit, ne quid detrimenti caperet famæ prioris, cujus manum minùs doctam ſuſpicabamur.

*Bern. Ep. 411. nov. edit.*

*Ecleſ. 48. 27.*

*Rom. 12. 16*

*Luc. 21. 19.*

Utrùm verò Doctori noſtro, cui tanta inerat charitas, quæ ſumma virtutum eſt, defuerint fides, pietas, Religionis amor, zelus domûs Dei, probitas, manſuetudo, veracitas, rectitudo, cæteræ denique virtutes, quæ probum virum, hominem Chriſtianum, Doctorem Catholicum, dignum Sorbonæ Syndicum, bonum civem & Sacerdotem ſanctum decent & perficiunt, ipſi detractores, æmuli & inimici ejus, iidem ſanèqui veſtri

ſtri ac noſtri, ſint judices. Nos interim qui *quod vidimus teſtamur, & quod audivimus non loqui non poſſumus*, ipſum numeris omnibus abſolutum, non ſine magno ſupernæ pietatis conſilio ad ædificationem noſtram miſſum gratulamur, & à *Deo melius aliquid providente pro nobis factum eſſe, ne egreſſus à nobis conſummaretur*, beneficii cœleſtis non immemores agnoſcere profitemur.

*1. Joan. 1. 1. Act. 4. 20.*

*Bern. ſerm. 1. in tranſitu S. Malach & Hebr. 11. 40.*

Dum adhuc eſſet nobiſcum, cùmque in extremis poſitus jam diſceſſum pararet, opere & ſermone erudivit nos; *cùm enim infirmaretur, tunc potens erat*, ſtatimque *viam univerſæ terræ ingreſſus*, & obdormiens potiùs quàm moriens, mortalitatis ſuæ indumento ditavit nos; in Abrahæ ſinu jam collocatus, & partem hæreditatis ſuæ ſortitus, proteget nos, & hæc inter alia ſpei noſtræ de merito ipſius apud Dominum piè præſumentis, pignora jam tenemus, tranquillum & ſine commotione agonem, placidum & patriam repetentis magis quàm morientis exitum, exanimis vultum novo & inſolito decore perfuſum, veſtrum de viro quem probè noveratis elogium, proborum omnium ſuffragium, totius populi concentum, multorum tum civium tum extraneorum ad ejus tumulum concurſum, & impetratum à nonnullis

*2. Cor. 12. 10. Joſ. 23. 4.*

poſt

poſt vota in infirmitatibus ſuis ſolatium.

Vivit igitur in Chriſto præclarus Syndicus veſter, clariſſimus & cariſſimus hoſpes noſter, *cujus memoria in benedictione eſt*, & qui *recepit mala in vitâ ſuâ*, nunc lætatur & *repletur in bonis domûs Dei ſui*. Vivet apud vos quos amavit, quos dilexit, quos tanti fecit, quorumque admirationem pariter & amorem ſibi conciliavit. Vivet in Eccleſiâ, cujus *paternarum traditionum abundantiùs æmulator extitit*, & in cujus ſinu perſeverans fidei & ſpei ſuæ confeſſionem indeclinabiliter tenuit. Vivet apud nos non ſolùm anniverſariâ commemoratione, quam ex pio cujuſdam devoti viri faciendam ſuſcepimus inſtituto, ſed jugi recordatione virtutum quas vidimus, quarumque tabellam, monimentum ære perennius deinceps futuram, docto ſimul & delicato penicillo delineaſtis.

Eccli. 45 1.
Luc. 16 25.
Pſ. 64. 5.
Gal. 1. 14.

Hanc apud nos recondere & tabulis noſtris inſertam, nemine conſcio, ad poſteros domeſticâ ſeu fraternâ ſolùm ſucceſſione tranſmittere primâ fronte viſum fuerat nobis, ne non tam laudes illuſtris Syndici veſtri propalare, quàm ipſa quibus nos, licèt immeritos, decoraſtis encomia ventilare videremur: ſed pudorem noſtrum celebris defuncti famæ noxium, amicorum ejus zelo inofficioſum, adver-

adverſariorum quos patitur, etiam mortuus livori & invidiæ obſequium rati, ipſam tum Latinam, ut à vobis egreſſa eſt, tum Gallico idiomate donatam, typis mandare & publici juris facere decrevimus, ut *videant recti & lætentur, & omnis iniquitas oppilet os ſuum*; ut qui in nobis quantulumcumque eſuriunt juſtitiam, reficiantur; qui minùs, compungantur; qui minimè, confundantur. *Pſ. 106. 42. Bern. Ep. 273.*

Eumdem planè fructum, idemque prorsùs emolumentum ſperare juvat ex editis Doctrinæ veſtræ articulis, & collectione Cenſurarum ſeu Concluſionum quibus ab omni ævo funeſtas tùm Regum ſecuritati, tùm populorum fidelitati propoſitiones abhorrere ſeſe & execrari proteſtata eſt ſacra Facultas, quorumque omnium exemplaria à vobis ad nos miſſa pretioſa velut benevolentiæ veſtræ argumenta, ſummâ cum animi gratitudine accepimus. Non erit jam qui neſciat quò vadat, aut qui in ſecernendis ſanctioribus morum regulis cæcutiat, niſi qui ſciens & lubens oculos clauſerit, ne videat lumen, nec poſt hæc exurget qui famæ veſtræ nocere apponat, niſi perditæ frontis aut filius ſit iniquitatis.

Sic agite, Viri ſapientiſſimi, ſic in ſtudio

1. Cor. ſtudio veſtro currite, & *ſcientes quòd la-*
15. 58. *bor veſter non eſt inanis in Domino*, cor-
ripite inquietos, arguite, obſecrate,
2. ad *increpate in omni potentiâ & doctrinâ*
Timot. eos qui *ſanam doctrinam non ſuſtinentes,*
4. 2. *coacervant ſibi Magiſtros prurientes au-*
3. 4. *ribus, & à veritate auditum avertunt,*
ut *ad fabulas convertantur* Amate nos,
fovete nos quibus nihil altiùs animo in-
ſidet quàm vos colere, vos venerari,
vos auſcultare, vos ſequi; ſi quidem
2. Theſ. *denuntiamus vobis in nomine Domini*
3. 6. *noſtri Jeſu Chriſti*, quod *ſubſtrahemus*
*nos ab omni fratre ambulante inordinatè*
*& non ſecundum traditionem quam ac-*
*cepimus* à vobis.

Philip. Valete in Domino, & Deus Pacis *cuſto-*
4. 7. *diat corda veſtra & intelligentias veſtras,*
ut confortati in Domino, & in poten-
Act. 28. tiâ virtutis ejus, *doceatis quæ ſunt de*
31. *Domino Jeſu Chriſto cum omni fiduciâ*
*ſine prohibitione.*

Conſervet vos Omnipotens Pater ad honorem ſui nominis, & per vos Eccleſiæ ſuæ Religionem & ſanctitatem corroboret.

De Mandato R. P. Prioris, & Monachorum S. Melanii Rhedonenſis. Fr. LUDOVICUS MARIE, Scriba Capituli.

VIII.

## VIII.

### *Réponſe de la Faculté de Theéologie de Paris à la Lettre de la Faculté de Théologie de Reims, du 28. Septembre 1717. au ſujet de l'exil de M. Oudinet, Docteur & Syndic de la Faculté de Théologie de Reims.*

P. 131. & 137. III. artic.

*Pariſienſes Thoologi Theologis Remenſibus, ſalutem in eo qui* refugium & virtus, adjutor eſt in tribulationibus.

QUàm ſitis *perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententiâ* nobiſcum, Patres ſapientiſſimi, ex noſtrâ quam veſtram feciſtis, adversùs Dominum *Le Roux* declaratione, novimus apprimè. Hinc pergratum nos vobis facturos eſſe intelleximus, ſi primam Partem articulorum Doctrinæ, ſimul & noſtras circà Regiam auctoritatem concluſiones ad vos quamprimùm dirigeremus; utpote qui in illis collegerimus ſpiritum Patrum noſtrorum, quos veſtros agnoſcere, atque ipſorum veſtigiis inſiſtere gloriamini.

Moleſta nobis incubuerat aliquatenùs neceſſitas amovendæ ſuſpicionis in qua fidem noſtram, in iis quæ ſunt Dei ſimul & Regis, advocare moliebantur homines amariore zelo abrepti. At luculentiora hæc fidelitatis noſtræ monumenta exhibere, eò lubentiùs, uno & eodem tempore properavimus, quòd in in ſtabiliendo debito Regibus obſequio, tribuerimus quod ſuum eſt & ipſi *Deo*, *à quo omnis poteſtas ordinata eſt.* (*Rom.* 13. 1.)

Dum autem conficeremus *opus miniſterii* cui adimplendo Chriſtus *dedit Doctores in ædificationem corporis ſui*, (*Eph.* 4. 11. & 12.) atque in ipsâ ſolâ operis perfectione totam noſtram reponeremus mercedem, *magnam nimis*; (*Gen.* 15. 1.) minimè nos latuit fuiſſe quoſdam ſimiles illius Aman qui eximii à Mardochæo ergà Regem officii præſtiti non memor, *nihil habere ſe putabat*, (*Eſther.* 5. 13. & 6. 1.) quod *Pater Regis vocaretur*, & *adoraretur ab omnibus poſt Regem ſecundus*, *quamdiù videret* ſervum fideliſſimum *ſedentem ante fores Regias*: Non latuit homines eſſe qui *datam ſibi gloriam non ferentes, in tantum arrogantiæ tumorem ſublati ſunt, ut malis ſuggeſtionibus Regum ſtudia depravarent; pietatemque eorum commaculantes*, (*Eſther.* 16. 3 & 12. & 7. & 10. & 3.) *ſubjectos* addictiſſimos *opprimere niterentur*, eo etiam tempore quo honori Principum invigilabant & ſaluti.

Sed è mente nunquam excidit *Dominum eſſe Regem Omnipotentem, in cujus ditione cuncta ſunt poſita ; & non eſſe qui poſſit ipſius reſiſtere voluntati, ſi decreverit ſalvare Iſraël.* Eſther. xv. 9.

Poſitâ igitur ac defixâ noſtrâ ſpe in Deo, inſtantes operi noſtro quietè progrediebamur ; cùm infauſtum de ſapientiſſimo Magiſtro *Oudinet* digniſſimo Syndico veſtro Catalaunum amandato, nuntium ad nos pervenit. Quantùm contriſtati fuerimus, ex debito atque intimo ergà vos, ergà Eccleſiam ipſam affectu, judicate, Patres Sapientiſſimi.

In eâ quam viri numeris omnibus abſoluti ſummatim in Epiſtolâ veſtrâ exprimitis, imagine, mœrorem quo obruti fuiſtis, quaſi ipſiſſimis oculis perſpeximus, atque ipſa hæc imago, quam eximii viri *Hyacinti Ravechet* digniſſimi Syndici noſtri cordibus intimis impreſſam habemus, delineans, acerbum inſtauravit dolorem, in quo hunc ipſum quo conciti fuiſtis facilè quiſque noſtrûm agnovit.

Imploraſtis opem noſtram, Patres Sapientiſſimi. Nobis imploraſtis ſicut & vobis. Rhemenſis Facultatis cauſa, Pariſienſis cauſa eſt. Conceſſimus ultrò ; Sed ſummam aliam opem jam eratis experti. Etſi enim quibuſque frugiviris,

X 2 etiam

*Eſther.* 4. 11. etiam *non vocatis* eſſet patens *interius atrium* Principis benigniſſimi, cujus verba, nutus, ſpecies tota, tot ſunt veluti *aureæ virgæ*, tot *clementiæ ſigna*; Patronum ſummæ authoritatis & gratiæ habuiſtis Eminentiſſimum Cardinalem *Noallium*, Archiepiſcopum Pariſienſem, cujus *in ore tribuit* Dominus *Sermonem compoſitum* quo *converſus eſt ſpiritus Principis in manſuetudinem*. A Regiâ celſitudine privatorum ſicut
6. 16. & *Provinciarum providetur paci* : &
8. 9. & 17. *diverſa jubens pro qualitate & diverſitate temporum & Reipublicæ utilitate*, *litteras* quæ Regis *nomine directæ erant irritas fecit*.

Quam igitur gratiam accedebamus rogaturi, conceſſam audivimus. Pro ſupplicationibus quas benignè audiendas confidebamus, gratiarum actiones humaniter acceptæ ſunt; redditæ gratulationes. Quo autem fato contigerit ut impetrata tùm primùm juſſi Regii revocatio, non niſi diebus nuperrimis fuerit executioni demandata, planè noſſe nobis datum non eſt.

At ex diuturnâ hac atque moleſtâ procraſtinatione noveritis ipſi, Patres Sapientiſſimi, nihil nobis antiquius fuiſſe, quàm ut vota veſtra omni ex parte quamprimùm adimplerentur. Gratibus

tibus enim ob primum Auguſtiſſimi Principis benevolentiæ ſignum fuſiùs re-penſis; ſupplicationes, efflagitationes, inſtigationes iterùm atque iterùm adjicere non intermiſimus, donec venerandum fratrem veſtrum & noſtrum amplecti concederetur.

Illuxit tandem expectata dies quâ viri deſideratiſſimi conſpectu frui datum eſt. Hunc reducem nobis gratulantur probi quotquot ſunt; redditum vobis gratulamur & nos, Patres Sapientiſſimi; eumque Pariſios, audiendum, accedentem, jam Remos ab omni vel ſuſpicione liberum redeuntem habemus.

In comperto eſt, *Deum oſtendere ſe in die tribulationis. State*, itaque, ut hactenùs, *in uno ſpiritu* nobiſcum *unanimes collaborantes fidei Evangelii : & in nullo terreamini ab adverſariis. Convenit* jam pridèm *& aſtitit conſilium malignantium adverſùm* nos; ſed hi *meditati ſunt inania*; nec prohibere valuerunt *facere quæ manus & conſilium Dei decreverunt fieri.* Qui autem reſpexit Dominus *in minas eorum, dabit ſervis ſuis cum fiduciâ loqui verbum ſuum.* Valete, Patres Sapientiſſimi, & dum *pretioſum à vili*, juxtâ vota veſtra, *ſeparare* ſatagimus; pergite *omnia probare, & quod bonum eſt tenere.*

*Eſther.* 14. 12. *Philip.* 1. 27. & 28. *Act.* 4. 26. 28. 29. 25. *Pſ.* 21. 17. *Jerem.* 15. 19. 1. *Theſ.* 5. 21.

Datum in Comitiis Generalibus extraordinariis die 23. Novemb. an. D. 1717.

De Mandato D D. Decani & Magiſtrorum S. F. P. Bosc, Scriba, &c.

I X.

P. 131. III. Partie.

## *Lettre de la Faculté de Theologie de Paris, à celle de Poitiers.*

*Decanus & Facultas Theologiæ Pariſienſis, SS. M. Magiſtris Sacræ Facultatis Pictavienſis.*

Joan. 14. 6.

Salutem in eo qui eſt *via & veritas & vita.*

EA fuit ſemper in cuſtodiendo ſemel traditæ Sanctis Fidei depoſito, SS. Patrum & orthodoxorum Theologorum Religioſa ſedulitas, Viri Sapientiſſimi, ut ſtatim atque contra ſanam Dogmatum & morum Doctrinam errores in lucem prodierant, continuò inſurgerent, & eos nec palam graſſari, nec occultè & quaſi per cuniculos malis artibus irrepere paterentur.

Antequam exorti eſſent hæretici, illis

*illis noudum litigantibus*, inquit Auguſtinus, *Patres in Eccleſia Catholica conſtituti ſecuriùs loquebantur.* Verùm ubi detecta eſt eorum perverſitas, ita cautè loquendum cenſuerunt, ut nihil aut dubium, aut ſubdolum impunè proferretur, nihil quod non Catholicum Dogma, omni depulsâ ambiguitatis caligine, contineret. In aſſerendis ſacris Dogmatibus & in profligandis erroribus, Sanctorum Patrum religio eò perducta eſt, ut Sanctus Hilarius lib. de Synodis adversùs Arianos dicere non dubitaverit. *Ego non audio, Chriſtus ex Maria natus eſt, niſi & audiam, in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum: Non audiam, Chriſtus eſurivit, niſi poſt quadraginta dierum jejunium, audiam, non in ſolo pane vivit homo; non audiam, ſitivit, non audiam, qui biberit ex aqua quam ego dedero, non ſitiet in æternum; non audiam, Chriſtus paſſus eſt, niſi audiam, nunc eſt hora, ut Filius hominis clarificetur; non audiam, mortuus eſt, niſi audiam, Reſurrexit.*

L. 1. *contr. Jul.* 6.

In noviſſimis temporibus, è tenebris, in quibus aliquandiù latuerat, emerſit Dogma *Peccati Philoſophici*, quo vix quidquam aut ſacris litteris contrarium magis, aut moribus perniciofius fingi

ſingi potuerat : Si enim delinquentium peccata, modò inter delinquendum non attendatur aut Legis æternæ authoritas, aut Dei præcipientis, aut comminantis majeſtas atque juſtitia ; ab offenſa formali vindicanda ſunt, quo quis erit ſceleratior, eo erit magis innocens ; quo longiùs à Deo receſſerit, Dei & ejus mandatorum oblitus, eò minùs erit damnationi obnoxius ; cùm denique in profundum malorum venerit, ut nec conſcientiæ patiatur ſtimulos, nec ullum divinæ præſentiæ lumen ei affulgeat, odio non erit Deo impius nec impietas ejus.

Quod ſi ita eſt, non erat cur apud Deum tam amarè conquereretur Propheta, *Exacerbavit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret, non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ ejus in omni tempore, auferuntur judicia tua à facie ejus.* (Pſal. 9. 4.)

Non adeo deploranda fuit ſors eorum, qui, ut ait Apoſtolus, *Ambulant in vanitate ſensûs ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis,* (Epheſ. 4. 18. & 19.)

*omnis, in avaritiam.*

Nec tam execrandi fuerunt inveterati dierum malorum Senes, *Qui everterunt ſenſum ſuum & declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum juſtorum.* *Daniel. 13. 9.*

Ubi primum nefarii hujus Dogmatis palam innotuit pernicies, orbis Chriſtianus exhorruit infremuitque adversùs novum portentum, undique conclamatum eſt. Verum licèt variis cenſurarum fulminibus continuò percuſſus fuerit, & attritus exitialis error, non tamen penitùs extinctus fuit; non tam apertâ fronte ut antea, ſed varias formas coloreſque induens, & nebulis quibuſdam ſeſe cooperiens identidem prodire non deſtitit; malum reſectum quidem, ſed non revulſum, in dies repullulat, & amputato trunco è radice enaſcentes ſurculos ſubinde emittit.

Quod vos, Magiſtri Sapientiſſimi, pro veſtra in rem Chriſtianam vigilantiâ nuper in quadam Theſi providè deprehenſum æquiſſimo veſtræ cenſuræ judicio damnaſtis. Licèt enim in propoſitione damnata, ſit quædam clauſula, quæ ſpem correctionis exhibeat, illa tamen nec ſatis aperta, nec ſufficiens videri debuit, ſed captioſa potiùs & fraudulenta, nec tam emendatio-

datio erroris, quàm latentis veneni velamen, quod quantò occultiùs, tantò faciliùs & efficaciùs inſinuaretur: eum ſcilicet ſenſum innuit, quod actus philoſophicè malus, non ſit ita purè philoſophicè, quin ſit etiam materia peccati Theologici, quamvis ad malitiam formalem, ſeu, ut loquuntur, Theologicam non perveniat; quod ipſum eſt caput flagitioſi dogmatis.

Non ergo audiendus, qui dixerit actum rectæ rationi ſeu legi naturali contrarium eſſe Philoſophicè malum, niſi ſimul addiderit, eſſe formalem offenſam Dei. Nec verò id ſupra Moralis Philoſophi metas poſitum eſſe cenſendum eſt, cùm Deum omnium actuum humanorum finem ultimum, & Legis naturalis Autorem pariter & vindicem agnoſcat Philoſophia, alioquin non eſſet ſapientiæ ſtudium, ut vox ipſa ſonat, ſed falſi nominis ſcientia, de qua loquitur Apoſtolus, *Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam & inanem ſecundùm traditionem hominum & elementa mundi.* Quamquam illæ voces, *Actus Philoſophicè bonus, actus Philoſophicè malus*, etiam cautione adhibitâ, ut potè recens nec ſine erroris periculo adinventæ, rejiciendæ ſunt ex Scholis & inter profanas novitates, (Col. 2. 8.)

quas

quas devitari jubet Apoſtolus, reſpuendæ.

Revera Scholæ noſtræ, ſicut & univerſæ Eccleſiæ lumen & decus ſanctus Thomas, dixit peccatum aliter ſpectari à Philoſopho morali, aliter à Theologo, at de eodem actu locutus eſt; non docet alium actum eſſe Philoſophicè bonum, alium Philoſophicè malum, imò omnem actum qui rectæ rationi adverſatur, eſſe contra legem æternam, poſt ſanctum Auguſtinum, apertè pronuntiavit. 1. 2. q. 71. ad 5.

Ex his omnibus manifeſtum eſt, Viri Sapientiſſimi, quanta ſit Cenſuræ veſtræ æquitas, quâ, Propoſitionem, de quâ actum eſt, *Ut captioſam & in errorem Peccati Phieoſophici inducentem*, reprobaſtis. *Veſtram hanc Cenſuram*, poſt diligentem de Propoſitione & de Theſi, ex quâ deſumpta eſt, inquiſitionem, poſt graviſſimam Deputatorum noſtrorum in Comitiis generalibus relationem, noſtris commentariis inſcribendam cenſuimus, à graviori animadverſione impræſentiarum abſtinentes.

Supereſt ut à Deo, à quo *eſt omne donum perfectum, quod deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*, enixè poſtulemus, *ut erroris author*, inquit S. Auguſtinus, *Veritatem in divinis eloquiis mani-* Jacob. 1. 17. L. de Grat. Chr. c. 26.

*manifeſtam manifeſtè fateatur, nec ſe operiat impudentiſſimo pudore, ſed ſaluberrimo dolore aperiat, ne ſancta Eccleſia turbetur pervicaci obſtinatione, ſed veraci correctione lætetur.*

Cæterùm, Patres Sapientiſſimi, in eo verſamur rerum ſtatu de quo Gerſonius noſter, *timendum eſt*, inquit, *ne ſuperſeminentur hæreſeon zizania propter varietatem tot capitum, tot inſuper paſſionum, unde multiplicatio ſequitur judiciorum, ut ſi deſit decurſus ad Theologos non depravatos & in unum collectos, quis oro providebit?* Communibus igitur ſtudiis, Viri Sapientiſſimi, non odio perſonarum, quod abſit, non partium æmulatione, quod Theologos non decet, *non faſtuoſos, non quæſtuoſos, non invidos, non poteſtati ſæculari aut ſpirituali pluſquam veritati faventes*, ſed uno orthodoxæ Doctrinæ & Chriſtianæ veritatis ſtudio curam & operam, gratiâ cœlitùs aſpirante, impendi oportet, ut omnis error prorsùs depellatur, *ut non*
Epheſ. 4. 14. & 15. *circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus. Arma mi-*
2. Cor. 10. 4. *litiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia*

*ſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adversùs ſcientiam Dei.* Pergite ut cœpiſtis, & ſi quid in veſtram gratiam & in commune bonum poſſumus, ſcitote, quoties agetur de Fidei Dogmatum, de regula morum, Chriſtianæque vitæ, de Diſciplina, de Eccleſiæ & Regni Libertatibus, Pariſienſium Theologorum ordinem, numquam vobis, numquam Reipublicæ Chriſtianæ defuturum.

Valete meritò colendi Magiſtri, *ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* Datum in Sorbona in Comitiis generalibus, die primâ menſis Decembris, anno milleſimo ſeptingenteſimo decimo ſeptimo. *1. Cor 15. 58*

*De Mandato D. D. Decani & Magiſtrorum*, DU BOSC, Scriba & Quæſtor Sacræ Facultatis.

## X.

P. 151. III. Partie.

# *Lettre de la Faculté de Theologie de Poitiers à celle de Paris.*

Decanus & Facultas Theologiæ Pictavienſis, ſapientiſſimis plurimúmque venerandis Magiſtris Sacræ Theologiæ Pariſienſis, Salutem in eo, qui *eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum.*

*Ad Epheſ.* 2. 14.

AB omni ævo contigit infauſtè veteres errores, pulſos licèt, non *abire*; aut ſi quandoque abierint victi, toties larvatos redire: contigit id etiam infelici prorsùs apud nos eventu. Enimverò cùm hiſce præſertim difficillimis temporibus, *abundantis iniquitatis*, *refrigeſcentiſque* proinde *caritatis multorum*, refertæ ſint, heu! nimiùm ſcholæ Magiſtris illis qui *aberrantes à fine præcepti, de corde puro, & conſcientiâ bonâ, & fide non fictâ, convertuntur in vaniloquium, adulterantque verbum Dei, qui quamvis non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, volunt tamen eſſe legis Doctores; qui denique habentes quidem ſpeciem pietatis, cujus virtutem abnegant, ſemper diſ-*

*Iſaï.* 26. 3.

*Matth.* 24. 12.

1. *ad Tim.* 1. 5. 6.

*Ibid. v.* 7.

2. *ad Tim.* 3. & 4.

*centes,*

*centes, & nunquam ad veritatem pervenientes*, nedum ab ipſa *prurientem auditum avertunt*; at, quod longè gravius eſt, *reſiſtunt ipſi, ut Joannes & Mambres Moyſi obſtiterunt*. Hinc accidit, ut quidam veluti ex *nobis prodiens*, *qui ex nobis non erat*, perniciosiſſimum peccati philoſophici monſtrum, cùm Vaticanis, tùm Gallicis fulminibus attritum, vixque non ſepultum & fœtens, per *Philoſophiam & inanem fallaciam* viſus ſit è tumulo ſuſcitare.

*Ibid. v. 8.*

*1. Joan. 2. 19.*

*Coloſſ. 2. 8.*

Ut primùm ſeſe exhibuit, teterrimâ ipſius ſpecie, non priùs perculſi ſumus quàm exterriti; neve latiùs graſſaretur furens, pro officii noſtri & gradûs munere præcaventes, omni virium conatu adverſum illud illicò inſurreximus; eò, vel maximè, quòd intellexerimus, incumbere nobis ſedulo opere præſtandum, quod encomiſticâ adhortatione huicce Facultati præſcripſit ſummus Pontifex Eugenius IV. dum eam recèns erectam, quàm benevolè, tam honorificè pariter, appellare dignatus eſt *fortem armatum, cuſtodientem atrium Domini*, & *fontem aquæ ſalientis in vitam æternam*, necnon *Davidicam turrim, ex quâ pendent mille clipei omniſque armatura fortium*.

*Eugen. IV. in Bulla anno 1431.*

Hoc itaque non tam blandiente elogio, quàm eloquio admonente, ad *præ-*

1. Reg. 18. *liandum fortiter bella Domini* non parum accenſi, ſumpto *fidei ſcuto, in quo poſſimus omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, aſſumptâ ſalutis galeâ impenetrabili, arrepto ſimul gladio ſpiritûs*, ſeu *verbo Dei*, deprehenſum errorem, quantum in prementibus temporis anguſtiis licuit, penitùs è medio tollere moliti ſumus.

Ephes. 6.

At merito quidem jure ab inſuperabili vi veſtra, Sapientiſſimi Magiſtri, nec aliunde præſtolanda erat abſolutiſſima victoria, deferenduſque vobis nobiliſſimus triumphus. Etſi enim, pace veſtrâ dixerimus, auguſtiſſimo Sorbonæ Collegio non impares nos velimus, ſeu Catholici dogmatis, ſeu moralis diſciplinæ amore, ac ſtudio; inferiores tamen ultrò profitemur, & antiquitate ortûs, & cœtûs amplitudine, & potiſſimùm eruditionis copiâ, & celebritate nominis; verum, nihilominùs fratres.

Quâ de cauſa, quod divinis oraculis auribus noſtris jamjam intonuerat fratrem qui *adjuvatur à fratre quaſi civitatem firmam* ſtare, feliciſſimè experti, à fortiſſimis copiis veſtris nuſquam non victricibus, quo benevolentiæ veſtræ ſingularis argumento, eo quoque inſignioris gloriæ ad nos acceſſu,

Prov. 18.

ceſſu nobiſcum fœderatis, tantùm animi ac virium accepimus, quantùm olim adjumenti præſidiique à ſociatis in pugnam *Tribubus Gad, Ruben, & dimidia Manaſſes* redundavit in cæteras, Cananæos funditùs deleturas. Hincque etiam comprobatum eſt, diem veſtram eamque præfulgidam, *nocti noſtræ* ſcientiam imò & diei ſi quæ ſit, verbum veriſſimum *eructare*, quo ſcilicet, *omnes profanæ vocum novitates*, ſi non eliminentur procul, coerceantur ad minus validè, aut demùm providè *devitentur*.

*Num.* 32. *Pſ.* 18. 1. *ad Tim.* 6.

Nec adulantes ſanè, Sapientiſſimi Magiſtri, ſed æquiſſimè quidem hæc amplioraque adhuc de vobis perhibuerimus; cùm neminem lateat, vos modo, ut & à cunctis aut pluribus retrò ſæculis, Anteceſſores veſtros, antiquius nihil habentes *expugnando veteri nequitiæ fermento*, debellandis hæreſum Profeſſoribus, corripiendis morum corruptelæ, tam authoribus, quàm patronis, confutandis inviolabilium Regni libertatum everſoribus, uno verbo ſtabiliendæ ejus, quæ *ſecundùm pietatem eſt, fidelis ſermonis doctrinæ*, totos eſſe devotos conſecratoſve, adeoque hinc velut *Dei caſtra*, vel ſicuti perenne Eccleſiæ Concilium pro domo Iſraël con-

1. *Cor.* 5. 1. *ad Tim* 1. & 6. *Gene.* 32.

conſtituti illinc *tanquam luminaria*
Daniel. 12. *eaque majora* à benefico numine condita, à veſtra cœleſti ſphera *lucere in*
Ad Philipp. 2. *mundo*. Hinc non ſecùs ac *ſexaginta fortes ex fortiſſimis Iſraël ſacra ad bella doctiſſimos, veri lectulum Salomo-*
Cantic. 3. *nis ambientes* ab invadendo ipſius regno quemvis adverſarium arcere intre-
Heb. 4. pidè, illinc arca teſtamenti inſtar, *manna* ſuavitatis, cenſuræ *virgam*, *tabulas legis*, diſciplinæ correptionem, tenendorum agendorumque normam ignorantibus impendere vos largiſſimè: imò pectore complectentes, panem vitæ eſurientibus, deviantibus. Hinc tandem D. Baſilio, à Nazianzeno Præſu-
Or. 20. le celebrato, non abſimiles, perpetuâ & accuratiori Scripturarum voluminis unaque traditionis monumentorum perſcrutatione, poſitos *inter duo Te-*
2. Eſd. 4. *ſtamenta medios, illius litteram evertere*, enucleando ſcilicet, *hujus autem ſpiritum* popalando, *in medium efferre* perſpicaciùs; illinc verò, more Iſraëlitarum, Jeruſalem denuò ædificantium, unâ manu facientes opus, & alterâ tenentes gladios ac buccinas, numero cives, propulſare infenſos, certamen occinere.

Ingrato præclariſſima hæc de vobis ſilentio obſervamus, quaſi excandeſ-

centes

centes in nos, vel *ipſi lapides* in veſtras æquiſſimè erupturi laudes *clamabunt de pariete* : conclamabit univerſum regnum tota gens litteraria orbem implens Chriſti Sponſa, de quibus nimirum quàm optimè meriti eſtis, Doctores erudititiſſimi. *Luc.* 19.

Conclamabit pariter, mirabilium veſtrorum veluti præmuniens Encomiaſtes Iſaïas. *Spiritus Domini*, qui in vobis *velut torrens, mundans* ad perdendas gentes *in nihilum* & frænum erroris quod erat in maxillis populorum. *Iſ.* 30. 28.

Conclamabit Auguſtinus : *pro Chriſti veritate pugnaſtis & ejus vos gratiæ* largitate viciſtis. Secura eſt corona veſtra ; victorioſa eſt doctrina veſtra, in qua & illos vincitis qui confidunt in virtute ſua. Succinemus & nos etiam, vice noſtrâ conclamantes : ô felices vos ! quibus per magnis locorum intervallis, diſſitis licet, adunatis tamen vobis in *ſocietatem Domini noſtri Jeſu Chriſti*, arctiſſimo purioris doctrinæ vinculo licuit *idipſum dicere omnes perfectoſque eſſe in eodem ſenſu & in eadem ſententia* ; licuit nanciſci vos, potentiſſimos auctorum dogmatum propugnatores, qui *apprehenſis armis & ſcuto effuſaque framea exurgerent nobis adjutores in opportunitatibus* ; adeo ut *Lib.* 2. *contra Julian.* 1. *Cor.* 1 4 & 10. *Pſ.* 34. *Pſ.* 9. 10 *Pſ.* 88.

ut *auxiliantibus nobis veſtris manibus, brachiiſque noſtra confortantibus, nihil proficiat inimicus, nec apponat nocere*; licuit itidem, plus deinceps luminis, pluſve muniminis ſperare adhuc, quâvis occaſione datâ compeſcendorum (ſi qui fortè occurrant) malè feriatorum iniquitatis filiorum.

Liceret utinam! ſubindè pares, acceptis jam ab illuſtriſſimo ordine veſtro, SS. MM. plurimis beneficiis, iiſque admodum inſignibus, grates referre ampliſſimas, at non valemus niſi ardentiſſima in dies ingeminare vota, pro diuturna veſtra incolumitate, pro nova & ampliori, ſi fieri poſſet, ſplendoris quo circumfuſi latiſſimè promicatis, acceſſione; pro inconcuſſa ac perenni in exantlatis quotidianis laboribus veſtris, ad Eccleſiæ obſequium ac decus, ad conſcientiarum munditiam, & velamen, ad Imperii Gallicani ornatum, atque jurium illius defenſionem perſeverantia, quam *vincen-*
*1. ad* *tibus promiſſa vitæ, juſtitiæ, gloriæ co-*
*Tim.* 4 *1. Pet.* *rona immarceſſibilis acceptura eſt. Con-*
5. *firmet itaque Deus quod in vobis &*
*Ap.* 2 *per voſmetipſos operatus eſt : veſtram*
*Pſ.* 67. *multi collaudent ubique ſapientiam in*
*ſæculum non delendam : nomen veſtrum, non recedente memoriâ, requiratur à ge-*

*generatione in generationem : laudem veſtram Eccleſiæ, pro qua indefeſſè laboratis, enunciet magnificè.* Eccli. 39.

Nos verò pro parte noſtra, dicturi ſumus poſt antiquos Galliarum Epiſcopos, ad Summum tunc Pontificem ſcribentes : *Et ſi impares meritis, pari tamen fide, ſi quid ( quod abſit ) contra Eccleſiam Catholicam profanâ infeſtatione tentetur, parati ſumus, confortante Domino, pro veritate fidei animas ponere, & vitam hanc authori ſalutis noſtræ, & largitori æternitatis impendre.* Valete, Spectatiſſimi plurimumque colendi Patres in eo qui efficit ut *idem ſapiamus eandem charitatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes.*

*Galliarum Epiſcopi ad S. Leonem.*

*Ad Philipp 2. v. 2.*

Datum Pictavii in ædibus Opportunicis, die 3. Januarii, anno Domini 1718.

*De Mandato DD. Decani & Magiſtrorum.*

*Autre*

tum referunt ac decretum, de revocandis nempè, ut reipsâ factum eſt, ad certa quædam capita, iiſque tum ejuranda forent, tum profitenda à reducibus ad ſponſæ Chriſti gremium, ſeu ab Huſſitarum VViclefitarumque hæreſi, ſeu à Jacobitarum, Armenorumque ſchiſmate: Quid plura? Quod in anteceſſum, edito Symbolo, ex credendis peragendiſque potiſſima paucis complectente, mirè juxta ac providè elucubraverat aut Athanaſius Alexandrinus Patriarcha, aut, ut aliis ſatiùs placet, Vigilius Tapſenſis Præſul; vix non hæc eadem, perquam laudabili æmulatione, Sapientiſſimi Magiſtri, graviſſimis Gallicani Cleri hortamentis, ardentioribuſque quàm piorum tam eruditorum pariter votis benevolè obſecundantes, nedum meditati eſtis, *ſecundùm exemplar quod vobis* à majoribus æternâ memoriâ dignis *in monte Sancto* veſtro* *monſtratum eſt*, dum olim Heterodoxos profligarent; verum inſuper è fœcundiſſimis pectoribus, *verba* nonniſi *bona* & optima *eructantibus*, fauſtiſſimo partu non ita pridem emiſiſtis *in gentium lucem, in* Chriſtiani *populi fœdus*; necnon ad

*Exod.* 26 30.

*Pſ.* 44.

*Iſai.* 42. 6.

* *Mons Divæ Genovefæ ſacer in quo Sorbona.*

Digitized by Google

ad coævorum juxta ac poſterorum informationem fructum.

Hiſce caracteribus adumbramus, ſapientiſſimi Magiſtri, exquiſitum illud opus, à vobis recèns eleboratum; quo, quid fide tenendum, quid exequendum praxi, inconcuſſis aſſertionibus, diſtinctis in capitulula, elucidaſtis: opus, quod in poſterum (maximè ſi validiſſima, quibus vallantur concluſiones, momenta palam omnibus fieri contigerit) vel unum ſatis ſuperque futurum ſit diſcutiendæ errorum caligini, veritatis ſplendori diffundendo, ſtabiliendis accuratioribus morum regulis, eliminandis recentiorum ac veterum periculoſis laxitatibus, confirmandæ magis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, reſarciendæ ſimul conflictantium animorum paci: Ad hæc, opus in quo, cum brevitate perſpicuitatem, ſoliditatem cum ſublimitate, Traditionem cum Scripturis, arctiſſimo nexu mirè conjunctas ſuſcipimus, demiramur; in quo ob fluentem ſtyli nitorem, agnus ambulat, & pro exuberantis eruditionis copia natat elephas; in quo inſuper conciliatis egregiâ arte

2. Cor. *mentis exceſſu* & modeſtiæ *ſobrietate*,

5. purioris doctrinæ *lacte* potantur parvuli,

1. Cor. ſolidioris *eſca* pabulo reficiuntur vege-

3. tiores;

Digitized by Google

tiores; opus proindè, quod non immeritò dixerimus *datum optimum, donumque perfectum* ad nos *deſurſum*, per vos *à Patre luminum deſcendens.* *Jac. 1.*

*de Montpellier & de Boulogne, au futur Concile General, de la Conſtitution de N. S. P. le Pape Clement XI. du 8. Septembre 1713. Enſemble de tout ce qui s'en eſt enſuivi, ou s'enſuivra; comme auſſi des griefs portés ou à porter à l'occaſion de cette Conſtitution, ſoit de l'autorité de N. S. P. le Pape Clement XI. ou de quelqu'autre autorité que ce ſoit, contre leſdits Evêqnes, ceux qui leur adherent, ou qui leur adhereront. On y joint la Concluſion par laquelle la Faculté de Théologie de Paris a adheré à cet Appel en preſence deſdiss Illuſtriſſimes & Reverendiſſimes Evêques dans ſon Aſſemblée du cinq du même mois, celle de la Faculté de Théologie de Reims du 8. & celle de la Faculté de Theologie de Nantes du dix du même mois,* ſine loco impreſſionis & nomine Impreſſoris, uti continentem Propoſitiones falſas, ſeditioſas, ſcandaloſas, temeras, ſummo Pontifici contumelioſas, ſchiſmaticas, ac inſuper hæreticas. Alterum autem Libellum Gallico idiomate editum ſub titulo: *Acte d'Appel de Son Eminence Monſeigneur le Cardinal de Noailles, Archevêque de Paris, du 3. Avril 1717. au Pape mieux conſeillé, & au futur Concile General, de la Conſtitution de N. S. P. le Pape Clement XI. du 8. Septembre*

 1713.

1713. qui incipit, *attachés à la Chaire de S. Pierre*, & deſinit, *qui y ont tous adheré*, ſine loco impreſſionis & nomine Impreſſoris, uti continentem propoſitiones falſas, temerarias, ſcandaloſas, injurioſas ſummo Pontifici, erroneas, ſchiſmaticas & hæreſi proximas. Hos itaque Libellos ſic prohibitos & damnatos eadem ſacra Congregatio de Mandato, ut ſupra, vetat ne quis cujuſcumque ſit ſtatus, & conditionis, ullo modo & ſub quocunque prætextu iterum imprimere, neque imprimi facere, neque jam quocunque loco, & quocunque idiomate impreſſos apud ſe retinere & legere audeat, ſed eos ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim, & cum effectu, tradere & conſignare teneatur, ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Loco † ſigilli

JOSEPHUS BARTHOLUS Sanctæ Romæ & univerſalis Inquiſitionis Notarius.

*Die 8. Martii 1718. ſupra dictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii Sancti Officii, ac in aliis locis*

*locis ſolitis & conſuetis urbis, per me Sebaſtianum Vaſellum, Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.*

Romæ, Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ 1718.

## XVII.

## *Lettre de N. S. P. le Pape Clement XI. à tous les Fidéles.*

SS. D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Litteræ * ad univerſos Chriſti Fideles datæ adverſus eos qui Conſtitutionis Sanctitatis ſuæ, quæ incipit *Unigenitus*, anno Incarnationis Dominicæ 1713. ſexto idus Septembris editæ, debitam obedientiam præſtare hactenùs recuſarunt aut in poſterum recuſaverint.

*Romæ, ex Typographiâ R. Cameræ Apoſtolicæ 1718.*

CLEMENS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, univerſis Chriſti Fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem

* Le projet de l'Imprimé ci-deſſus pag. 150. n'eſt pas fort different de cette Lettre.

lutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Paſtoralis officii, quod ſuperni diſpoſitione conſilii gerimus, cura nos admonet, ut animarum ſaluti ubique terrarum procurandæ, ac præſertim orthodoxæ fidei, *ſine* qua *impoſſibile eſt placere Deo*, puritati ſervandæ omni ſtudio advigilemus, ea propter cùm in quibuſdam ultra montes Provinciis, & præcipuè in ampliſſimo Galliæ regno, varia pravarum doctrinarum, imò & hæreſum ſemina, occaſione damnati cujuſdam Libri Gallico idiomate jam pridem editi, ſub titulo, *Le Nouveau Teſtament en François, avec des Reflexions morales ſur chaque verſet, &c.* aliter verò... *Abregé de la morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epitres de S. Paul, des Epitres Canoniques, & de l'Apocalypſe*, vel *Penſées Chrétiennes ſur le Texte de ces Livres Sacrez, &c.* germinare cognoviſſemus, iiſdem eradicandis, noſtri non minùs muneris debito admoniti, quàm crebris multorum Catholici orbis ac præſertim Galliæ Epiſcoporum precibus excitati: quin etiam piis ac ſæpiùs repetitis claræ memoriæ Ludovici XIV. dum vixit, Francorum Regis Chriſtianiſſimi votis, & officiis adducti, quaſcumque potuimus Apoſtolicæ noſtræ fortitudinis par-

tes

tes, adjuvante Domino, interponere non prætermiſimus. Quæ autem & quanta in hoc arduo graviſſimo negotio per plures annos egerimus, & paſſi ſimus, quæve inobedientium hominum & paucorum (quod valde dolentes dicimus) illuſtrium etiam Eccleſiarum Antiſtitum veritati non acquieſcentium operâ, in idem inclytum Regnum mala proveniunt, vobis fere omnibus minimè ignota eſſe exiſtimamus.

Poſtquam ſiquidem Divino imprimis implorato præſidio, curâque omni, ſtudio ac labore, prout rei gravitas expoſcebat, diutiſſimè collatis adverſus prædictum librum Conſtitutionem noſtram, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, anno Incarnat. Dominicæ 1713. ſexto idus Septemb. editam promulgavimus, in qua plures noxios articulos ex eodem libro excerptos cenſuris variis; quas reſpectivè, ut aiunt, hoc eſt, ſinguli aliquam ſaltem earum merebantur, notatos pro hujus Sanctæ Sedis more proſcripſimus, cujuſmodi remedii neceſſitatem, tum memoratus Ludovicus Rex, tum pleriqne ex Gallia Epiſcopi ſupradicti iteratis obteſtationibus inculcaverant, non aliter ſuborta diſſidia ſedari poſſe conſtanter affirmantes; tota quidem Chriſti Eccleſia Petrum per nos, tametſi indignos, loquentem ſequuta

Apoſtolorum ejuſdem Conſtitutionis doctrinam debito obſequio atque obedientiâ ſuſcepit. At novatores qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident, ex inconſulta eorumdem Antiſtitum hæſitatione ita animos extulerunt, ut incredibili audaciâ Conſtitutionem ipſam perversè interpretari, & inceſſere, pravæque etiam doctrinæ per impudentes calumnias inſimulare non erubuerint.

Itaque, ut reluctantes illos Epiſcopos ad ſectanda fratrum ſuorum veſtigia excitaremus, ac turbarum malorumque omnium fomitem, quem improvida illa cunctatio minſtraverat, extingueremus, canonicas animadverſiones poſt diuturnæ trium annorum longanimitatis experimenta adhibere conſtitueramus. Verùm venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, quibuſcum rationem conſilii noſtri communicare æquum eſſe cenſuimus, nos enixè obſecraverunt, ut paulilſper ſeverioribus remediis ſeperſedere vellemus, dum interim communibus litteris Collegam ſuum Conſtitutioni noſtræ ſeſe ſubjicere detrectantem, atque iiſdem propterea obnoxium, ad unitatis & pacis conſilia revocare conarentur. Eorum igitur precibus annuentes, ne quam lenitatis viam intentatam relinquere

V. ci-deſſus la Lettre des Cardinaux Chefs d'Ordre

Digitized by Google

queremus, per illas ipſas inducias nos quoque ad univerſos Archiepiſcopos & Epiſcopos Regni Galliarum litteras in forma Brevis die 20. Novembris 1717. expeditas dedimus, quibus rerum geſtarum ſerie & Eccleſiarum perturbatione uberiùs expoſitâ, illos hortati ſumus, ut diſſentientes Coepiſcopos ſuos noſtro etiam nomine convenirent, eoſque officii ſui fraternâ charitate admonerent, necnon omnibus ſacerdotalis ſollicitudinis argumentis, imploratoque noſtris etiam verbis dilectiſſimi in Chriſto Filii noſtri Philippi Ducis Aurelianenſis ejuſdem Regni Rectoris, patrocinio, ad reparanda Eccleſiæ ſanctæ unitatis & diſciplinæ detrimenta, atque ad avertenda Catholicæ Religionis pericula, flectere ſatagerent.

Speravimus quidem uberem ex ejuſmodi litteris fructum, junctoque nobiſcum præclariſſimorum Galliæ Præſulum zelo, qui maximo ſanè numero pro veritate certabant, factum iri credidimus, ut diſſidentes fratres, quod nobis adeò in votis erat, lucrari poſſemus. Verùm ſpe noſtrâ fruſtratos confeſtim nos vidimus, dolenteſque clamare coacti ſumus: ſuſtinuimus pacem, & non venit, quæſivimus bona, & ecce turbatio, & ſanè tam gravis, ut qui ex adverſo

adverſo erant, illas ipſas noſtras & hujus ſanctæ Sedis voces variis artibus penè intercludere tentaverint. Neque profectò feliciùs ceſſerunt officia illa, quæ Cardinales prædicti per impetratas à nobis, ut diximus, inducias præſtiterunt. Quanquam enim communi totius ſacri Collegii Epiſtola, ſuaſiones, conſilia, obſecrationes, atque omnem miniſterii ſui fraternæque benevolentiæ fidem, ſedulitatem ac ſollicitudinem adhibuiſſent, fruſtrà ſe tamen laboraſſe intellexerunt, neque alium præter inanes ſcandalorum ac diſſidiorum expoſtulationes, ſed ſine voluntate veram amovendi cauſam, unde illa emerſerant, operis ſuæ fructum reportarunt.

Non tamen propterea concidimus animo, imò necdum à mitioribus conſiliis receſſimus: nihil interim curantes, quomodo homines modum hunc agendi noſtrum interpretarentur, quippe qui ſciremus Deo æquè per infamiam & bonam famam ſerviendum eſſe. Itaque ut aberrantes in viam juſtitiæ ſuaviter revocaremus, iteratis ſæpiùs hortationibus noſtris, etiam preces addidimus, eumdem in ſcopum, privatis litteris manu noſtrâ conſcriptis ea omnia paternæ manſuetudinis officia implevimus quæ ſuggerere nobis potuit Chriſtiana charitas,

ritas, quæ patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.

Plures intereà Gallicani Antiſtites non minùs ſapientiâ ac doctrinâ, quàm pietate & ſtudio tuendæ Religionis illuſtres, ex his ſcilicet qui debitâ ſubmiſſione Conſtitutionem noſtram amplexi fuerant, dignitatis & muneris ſui probè memores votiſque & officiis noſtris obſecundantes, favente etiam eorum conatibus memorato Philippo Duce ac Rectore, curas omnes ſuas, aſſiduoſque labores, ad diſcordantium fratrum animos promovendos enixè non omiſerunt. Verùm hæc omnia proſperum illum, quem ſummopere præſtolabantur, exitum minimè habuerunt.

Obſcurati ſiquidem renitentium oculi, ne viderent, ac obturatæ ſunt aures ne audirent; adeò ut nonnulli eorum, non ſine bonorum omnium luctu, hoſtiumque Eccleſiæ plauſu ad ea inſuper publicè devenire auſi fuerint, quæ omnes ex vobis, quibus illa innotuerunt, improbaſſe, damnanda atque execranda eſſe non ignorabant. Quare nos, qui ſupremo divini Paſtoris mandato deeſſe nec poſſumus, nec debemus, quo & illius oves paſcere, & fratres noſtros confirmare præcipimur animo nobiſcum reputantes, quòd verbum Dei non eſt alligatum,

Dd poſt-

poſtquam diu tentatis inutiliter conſiliis pacis, hucuſque ſiluimus, adhuc ulteriùs tacere nobis non tutum, Chriſtiano autem populo perniicioſum fore cenſemus. Ad vos proinde omnes ex unaquaque natione quæ ſub cœlo eſt, Chriſti fideles, paternas voces noſtras dirigimus, quo primùm quidem doloris noſtri participes, veſtras nobiſcum ad Deum preces deferatis, ut ſupernâ aſpirante gratiâ, qui hactenus contumaces fuerunt, non jam ulteriùs alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, ad debitam cum Chriſti fidelibus in ſanæ Catholicæque doctrinæ profitendæ veniant unitatem. Hoc nempe ex animo unicè quærimus, hoc dies noctesque, nec ſine lachrymis à Domino imploramus, neque oblivisci poteſt mulier infantem ſuum, nec ſancta Romana Eccleſia filios ſuos.

Deinde, ne quis Chriſtianum populum ſeducere pergat inanibus verbis, vos omnes, ut neceſſe eſt, monitos volumus, & certos facimus quòd fruſtrà, & quidem non ſine fermento malitiæ & nequitiæ iſtiuſmodi homines nobiſcum in doctrina Religionis conſentire ſe jactant, dum interim heterodoxorum exemplo præeunte editam à nobis Conſtitutionem, quam univerſa

Eccle-

Eccleſia veneratione debitâ complecti-tur, non modò alienis ab ipſo verborum tenore interpretationibus, ſed & apertis calumniis ſuper inductis, malignè car-pere audeant, & immanium errorum accuſatione perſtringere; perinde ac ſi ipſi ſoli, aliis Chriſti fidelibus ubique deſipientibus, ſaperent, ipſi ſoli, reli-quis cæcutientibus, lumen veritatis ad-ſpicerent.

Nec profectò minor eſt illorum culpa, qui ut faciliùs incautis illudant, cùm hæc ipſa moliuntur, eidem Conſtitutio-ni noſtræ nequaquam adverſari, ſed ſolas declarationes in rebus tamen apud cæ-teros omnes planè perſpicuis poſtulare ſe ſimulant, non quidem diſcere, ſed ten-tare cupientes, ut Eccleſiam, ſi poſſint, quæſtionibus inutilibus & interminatis immiſceant, & luci Catholicæ veritatis tenebras quoquo modo obſcuritatis of-fundant. Ita ſanè patientiâ noſtrâ abu-tentes Apoſtolicæ autoritati obſequium & reverentiam ſe exhibere gloriantes, illo ipſo tempore quo ei graviſſimam in-ferunt injuriam, iidem ſiquidem expli-cationum petitionibus ſatis apertè oſten-dunt, ideò ſe Conſtitutioni noſtræ debitam obedientiam nondum præſtitiſſe, quia ve-rentur ne per illam Catholica dogmata convellantur, ne laudabilis & ab hac

ſancta Sede probata Eccleſiaſtica diſciplina infringatur, neve demum ſalubriores morum regulæ ſubvertantur: quod planè idem eſt ac vereri, ne defecerit fides Petri, totaque Chriſti Eccleſia magiſterio Apoſtolicæ vocis imbuta à via veritatis & ſalutis erraverit.

Præterea, ut peſſimæ cauſæ ſplendidum patrocinium concilient, præfatæ Conſtitutioni majorem undecumque invidiam faciant, ſe ab ea ſuſcipienda retardari affirmant, eo quod ſuſpicentur per illam damnari ſententias atque doctrinas quas inſignes Catholicorum ſcholæ abſque ulla cenſura hactenus tenuerunt ac tradiderunt, cùm tamen niſi ab antiquis ſemitis ſanctorumque Patrum veſtigiis immò & earumdem ſcholarum inſtituto, quod verbis profitentur, reipſâ receſſiſſent; probè reminiſci deberent, quòd illorum principiis, quorum nomina pertinaciæ ſuæ protendunt, quemadmodum & cæteri illuſtriores Eccleſiæ Scriptores ſuum ſemper eſſe duxerunt ut & ab Apoſtolica Sede diſcerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent: ut ad illam ſcripta ſua examinanda & emendanda dirigerent: ut inde lumen Catholicæ fidei reciperent, ubi non poſſet fides ipſa ſentire defectum: ut nemo eorumdeniquе ſententiam adver-

adversùs Petri autoritatem defenderet

Cæterùm in hoc ipſo præpoſtero judicio conſuetum calumniandi morem non derelinquunt; niſi enim excœcaret eos malitia eorum, ac niſi diligerent magis tenebras quàm lucem, ignorare non deberent ſententias illas ac doctrinas quas ipſi cum erroribus per nos damnatis confundunt, palam & liberè in Catholicis ſcholis, etiam poſt editam à nobis commemoratam Conſtitutionem, ſub oculis noſtris doceri atque defendi, illaſque propterea minimè per eam fuiſſe proſcriptas. Verùm ſupercecidit ignis contentionis & æmulationis, & non viderunt ſolem lucidiſſimæ veritatis. Hinc juſto Dei judicio ambulantes in tenebris, neſciunt planè quò vadant; ſcandalum ſiquidem de Conſtitutione noſtra comminiſcuntur: ſed ſeipſos potiùs de pervicaci ſua inobedientia ſcandalum facere non agnoſcunt: ſacroſanctam Epiſcopatûs dignitatem exaltari ſe velle declarant, ſed reipſâ deprimunt, dum interim fraternitatem ipſi contemnunt, audaciſſimæ inferioris Cleri rebellioni fomentum tribuunt, univerſumque Eccleſiaſticum Laïcis tribunalibus, vel in ipſa Religionis cauſa, indecorè ac perperàm ſubjici non attendunt: de veteris ac novæ Legis diſcrimine, tanquam de

re ipſis ſolis perſpecta, multa & plerumque inutiliter diſputant, novæque præſtantiam quam omnes agnoſcunt & profitentur, inculcare non deſinunt. Verùm utriuſque Legis plenitudinem, quæ eſt dilectio, minimè obſervant. Charitatem nulli impenſiùs laudant, nulli impudentiùs violant: divinæ gratiæ virtutem prædicant, quam Catholicus nullus negat, ſed damnatis erroribus faventes ſpiritui gratiæ contumeliam faciunt.

Quod verò nos de puſillorum ſcandalo ſollicitos plurimùm excruciat, illud eſt quod dum plerique eorum hæc faciunt, vel conſentiunt facientibus, adhuc ſpecioſo quodam ementitæ ſeveritatis amictu ſe contegentes, rigidioris doctrinæ gloriam captare non ceſſant, inſtituendæque in melius Chriſtianorum vitæ, & ad normam Evangelii componendæ zelum magnificè oſtentant. Quare nos pernicioſam hanc larvam, quæ animabus pretioſiſſimo Chriſti ſanguine redemptis certum parare poſſet exitum, palam detrahere, urgente nos Apoſtolici miniſterii debito, volentes ipſos primùm aberrantes Fratres, ut aliàs ſæpe privatim fecimus, publicè modò & coram univerſa Eccleſia monitos facimus, ne ſibi ulteriùs de falſæ exactioris diſciplinæ fama blandiantur; neque enim vera virtus abſque humilitate, pietas abſque

obedientia, Chriſtiana demum perfectio abſque charitate poteſt conſiſtere. Porro quæ humilitas, ſenſum proprium communi Fratrum ſententiæ quin & ſupremæ Beati Petri Cathedræ judicio obſtinatè præferre? Quæ obedientia, Apoſtolicis definitionibus reluctari? Quæ tandem charitas, injuriis & contumeliis agere, iras, rixas & contentiones ubique diſſeminare?

Agnoſcant igitur, divini luminis irradiante fulgore, quàm gravibus coram Deo & Eccleſiâ reatibus & periculis involvantur. Meminerint ſcriptum eſſe, quòd quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ eſt nolle acquieſcere. Omnipotentis Dei qui ſuperbis reſiſtit, tremendum & imminens ſibi judicium timeant, Eccleſiæque pacem ſimul & Reipublicæ tranquillitatem perturbare tandem aliquando deſiſtant.

Reliquos deinde vos omnes per univerſum terrarum orbem Apoſtolicæ fidei cultores paternè admonemus, requirimus & obteſtamur, ut ad eos qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium probè dignoſcendos, certiſſimam illam, quam Dominus ac Salvator noſter nobis reliquit regulam adhibeatis; videlicet, à fructibus eorum cognoſcetis eos.

Qui

Qui autem fructus iſti ſunt ex eorum qui Conſtitutioni noſtræ ſeſe ſubmittere renuerunt, contumaciâ provenientes, toti jam Chriſtiano Orbi nimiùm perſpecti ſunt & manifeſti: de illis propterea ne certiſſimi doloris noſtri vulnera refricemus, prolixiùs eloqui libenter abſiſtimus. Nolite ergo, Filii dilectiſſimi, voſque potiſſimùm, qui ut loco, ita & periculo propinquiores eſtis, nolite effici participes eorum, nolite omni ſpiritui credere, Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, ſed ſanam & orthodoxam S. R. E. Doctrinam quæ ſacrum fidei depoſitum intemeratè ſervat, tuto ſequimini, firmiter cuſtodite.

Nos vero, quos cœteris zelo domus Dei non minùs quam dignitate præire oportet, ut ingruentium tot malorum gravitate, quantum rerum & temporum præſens conditio patitur, opportunè occurramus, præſertim ne Paſtores errantes & in errorem mittentes diſperdere & dilacerare gregem Domini, nemine cohibente, proſequantur, neve oves Chriſti nobis tacentibus rapi in præcipitia ſe ſinant, univerſis Chriſti fidelibus, quid interim graviſſimâ hâc in re agere duxerimus, palam edicere ac declarare ſtatuimus.

Noverint ergo omnes, qui ubicum-

que terrarum Catholico nomine glorientur, nos, qui unigeniti filii Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti vices, nullo licèt meritorum noſtrorum ſuffragio, in terris gerimus, eos omnes cujuſcumque ſtatûs, gradûs, ordinis & conditionis illi ſint, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut aliâ quâlibet, etiam Cardinalatûs dignitate præfulgeant, qui memoratæ Conſtitutioni noſtræ debitam & omnimodam obedientiam præſtare hactenus recuſarunt, aut in poſterum recuſare auſi fuerint, ut veros S. R. Eccleſiæ Filios non agnoſcere : neque ut nobis, & B. Petri Cathedræ, quod falsò autumant, adhærentes & conſentientes, ſed contra potiùs, uti apertè inobedientes, ut notoriè contumaces, & refractarios habere, tenere ac reputare ; & quoniam primò ipſi à nobis & S. R. Eccleſiæ, ſi minùs expreſſis verbis, factis certè, pertinaciſque & obduratæ mentis multiplici ſignificatione receſſerunt, illis ſimiliter à nobis tanquam à noſtra & ejuſdem S. R. Eccleſiæ charitate prorſus ſegregatos haberi ; nullamque proinde nobis & ipſis S. R. Eccleſiæ deinceps cum illis communionem Eccleſiaſticam extituram, donec (quod faxit Deus) integrè reſipiſcant, rejectâque penitùs audaciâ refragandi, per exhibitionem

bitionem veræ obedientiæ, quam complures eorum Romano Pontifici B. Petri ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario in ipſamet ſolemni profeſſione Catholicæ fidei interpoſitâ jurisjurandi Religione, ad ſancta Dei Evangelia ſæpiùs ſpoponderunt, piiſſimæ charitati & unitati ab eadem Apoſtolica Sede reſtitui mereantur.

Ad vos poſtremò, Venerabiles Fratres, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterique omnes Eccleſiarum Præſules, gaudium noſtrum & corona noſtra, Apoſtolicæ dilectionis noſtræ ſermonem convertimus, hortantes vos & obſecrantes in Domino, ut pro eo quo polletis, Paſtorali zelo, commiſſas vobis Chriſti oves à venenatis paſcuis, id eſt, profanarum vocum & doctrinarum novitatibus ſedulò arceatis, ſimulque paternam ſollicitudinem noſtram in revocandis ad ſaniora conſilia quibuſcumque diſſidentibus efficaciùs adjuvetis, ita ut vobis indivulſam cum S. R. Eccleſia in doctrinæ fidei unitatem, quod jam plerique veſtrûm egregiè præſtitiſtis, firmiſſimè profitentibus, Chriſtiani omnes agnoſcant vos longè ab iis eſſe qui elongaverunt ſe à nobis, ac illorum damnabilem inobedientiam unà nobiſcum averſari, & improbare, eoſque, niſi reſipuerint, à communis ſocietatis

cietatis caritate prorſus alienos habere.

Utinam qui paternis hactenus humilitatis noſtræ vocibus reluctati ſunt, vobis omnibus non modò arguentibus, obſecrantibus, & increpantibus, ſed & ab eorum conſortio penitus abſtinentibus, *erubeſcant, confundantur & convertantur*, detque illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem; ut ſecundùm Apoſtolicam doctrinam id ipſum tandem dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata: ſimus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententiâ: auxiliante nobis per omnia gratiâ D. N. Jeſu Chriſti, cui eſt honor, & gloria in ſæcula. Amen.

Ut autem præſentes Litteræ ad omnium fidelium quibuſcumpue locis exiſtentium notitiam faciliùs perveniant, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in Eccleſia Dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem haberi, quæ ipſis originalibus Litteris haberentur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ admonitionis, Edicti, Declarationis, Hortationis, obſecrationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipoten-

tis Dei ac B. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverint incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1718. quinto Calendas Septembris, Pontificatûs noſtri 18. *

I. Cardinalis Prodatarius.

F. Card. OLIVERIUS. Viſa de Curia, L. SERGADUS, Proabbr.

Loco † Plumbi. L. MARTINETUS.

Regiſtrata in Secretario Brevium.

*Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1718. Indictione XI. die verò octavâ menſis Septembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Clementis divinâ Providentiâ Papæ XI. anno ejus 18. ſupradictæ Litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis, per me Antonium Placentinum, Apoſtolicum Curſorem.*

LUDOVICUS CAPELLUS, Mag. Cur.

* Qu'on faſſe attention au ſtyle de cette Lettre, de ſon projet rapporté p. 150. & des Brefs qui ont paru ſous le Pontificat de Clement XI. On y reconnoît aiſément, comme remarqua M. Berthe dans l'Aſſemblée du 8. Octobre 1718 la plume pleine de fiel de l'Auteur (le P. Jouvency Jeſuite, autrefois Profeſſeur de Rhetorique, à Paris au College de Clermont.)

XVIII.

XVIII.

# ARREST
## DE LA COUR
## DU PARLEMENT, *

QUI reçoit le Procureur General du Roy, Appellant comme d'abus d'un Decret du Pape, intitulé, *Sanctiſſimi Domini noſtri Domini CLEMENTIS divinâ providentiâ Papæ XI. litteræ ad univerſos Chriſti fideles, &c.* qui ordonne que les exemplaires en feront apportez au Greffe de la Cour. Fait défenſes de l'executer, vendre, imprimer, &c. & renouvelle les défenſes de recevoir, publier, executer, vendre, imprimer, &c. aucunes Bulles ou Brefs de Cour de Rome, ſans Lettres Patentes du Roy, regiſtrées en ladite Cour. V. ci-deſſus Art. XVII.

*Extrait des Regiſtres du Parlement.*

CE jour ſont entrez en la Cour le Procureur General du Roy, &

* Cet Arrêt fut publié le 5. Octobre dés le matin. Ce qui donna occaſion à M. le Recteur de l'Univerſité de dire, comme on l'a rapporté au commencement de la

Ee

Maître Germain-Loüis Chauvelin Avocat dudit Seigneur Roy; & le Procureur General du Roy portant la parole, ont dit :

Qu'aprés tous les ménagemens qu'on a eu pour le Pape, & pour tout ce qui eſt émané de la Cour de Rome depuis la Conſtitution, qui commence par ces mots *Unigenitus Dei Filius*, il n'étoit plus permis de garder le ſilence : Que les Lettres publiées à Rome le huitiéme Septembre dernier, adreſſées à tous les Fideles, contre ceux qui ont refuſé, ou qui refuſeront à l'avenir de rendre à cette Conſtitution l'obéïſſance qu'on dit lui être dûë, ſont ſi contraires aux Canons de l'Egliſe, & aux maximes du Royaume, qu'ils ne pourroient ſe taire en cette occaſion, ſans trahir le plus important de leurs devoirs.

Que dans un acte auſſi irregulier, il n'étoit pas neceſſaire de relever toutes les expreſſions injurieuſes contre des Evêques, qui Juges de la doctrine par la miſſion qu'ils ont reçû de Jeſus-Chriſt, ſont regardez entr'autres com-

pag. 242. de la troiſiéme Partie, que la Lettre du Pape venoit d'être condamnée par le Parlement, & que l'Univerſité ne pouvoit ſe diſpenſer d'en interjetter Appel au Concile General, auſſi-bien que de la Conſtitution. On entendit auſſi tôt retentir de toutes parts, *appello, appellamus.*

me ſeduiſans les Peuples par un maſque de pieté, comme troublans l'Egliſe, & obſcurciſſans les veritez Catholiques.

Que le nombre des traits ſemblables répandus dans ces Lettres ne ſont que le prétexte du jugement du Pape qu'elles renferment ; le Pape prononce ce jugement contre tous ceux de quelque état, degré, ordre ou condition qu'ils ſoient, qui ont refuſé juſqu'à preſent, ou qui refuſeront dans la ſuite de ſe ſoûmettre à la Conſtitution avec l'entiere obéïſſance qu'ils lui doivent. *Eos omnes, cujuſcumque ſtatûs, gradûs, ordinis aut conditionis illi ſint, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut aliâ quâlibet etiam Cardinalatûs dignitate præfulgeant, qui memoratæ Conſtitutioni noſtræ debitam & omnimodam obedientiam præſtare hactenùs recuſarunt, aut in poſterum recuſare auſi fuerint.* Il ne les reconnoît plus comme enfans de l'Egliſe Romaine, *ut veros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios non agnoſcere* ; Il les regarde comme ſeparez de lui, de ſa charité & de celle de l'Egliſe Romaine, *à Nobis & ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ charitate prorsùs ſegregatos haberi* : il déclare enfin qu'il n'aura plus, ni la ſainte Egliſe Romaine,

 aucune

aucune communion Eccleſiaſtique avec eux, juſqu'à ce qu'ils viennent à reſipiſcence, *Nullamque proinde Nobis, & ipſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ deinceps cum illis communionem Eccleſiaſticam extituram.* Il adreſſe ce jugement à tous les Fideles, il le qualifie de Lettres, mais de Lettres contre tous ceux qui n'ont pas reçû la Conſtitution, *Littera ad univerſos Chriſti fideles, adversùs eos qui Conſtitutioni.... debitam obedientiam præſtare hactenùs recuſarunt, aut in poſterum recuſaverint*; il l'adreſſe en particulier aux Patriarches, Primats, Archevêques, Evêques, & tous autres Prelats de l'Egliſe: Il les exhorte à ſeparer leurs oüailles des pâturages empoiſonnez, à exciter les rebelles de ſe remettre dans l'unité de la doctrine, & à les regarder comme entierement ſeparez de la charité & de la ſocieté commune, *à communis ſocietatis charitate prorsùs alienos habere*; il deſire qu'ils les ſeparent de leur communion, *ab eorum conſortio penitùs abſtinentibus.* Et ce Decret, que le Pape qualifie d'Admonition, d'Edit, de Déclaration, d'Exhortation, de Priere & d'Acte de ſa volonté, paroît publié à Rome, & affiché aux lieux ordinaires le huitiéme Septembre dernier.

Que

Que ce jugement dans les circonſtances où il a été rendu & prononcé à Rome contre des Sujets du Roy, au préjudice des maximes les plus inviolables de la France, qui ne permettent pas de les traduire ni de les juger hors du Royaume, ſous quelque prétexte que ce puiſſe être, ſeroit par ces ſeules raiſons irregulier. Qu'il eſt d'ailleurs donné non ſeulement ſans entendre ceux contre leſquels il eſt rendu, & ſans obſerver à cet égard les diſpoſitions Civiles & Canoniques, & les premiers principes du droit naturel, mais qu'il eſt donné par le Pape contre des Evêques en premiere Inſtance & de ſon propre mouvement, contre l'ancienne diſcipline de l'Egliſe, qui veut que les Evêques ne puiſſent être jugés par d'autres, que par les Evêques de leur Province, au nombre de douze, en y appellant des Evêques voiſins, s'il n'y en a pas un nombre ſuffiſant dans la Province.

Que perſonne n'ignore que le Tribunal de la Province étoit même dans les premiers ſiecles le ſeul Tribunal des cauſes criminelles des Evêques qui ne reconnoiſſoient point de Tribunal ſuperieur. Qu'on ſçait auſſi que ſi les Conciles ont établi dans la ſuite la

réviſion ou l'appel au ſaint Siege, le premier Tribunal a conſervé ſon autorité, & qu'elle a été confirmée par les Conciles poſterieurs reconnus de toute l'Egliſe.

Qu'en vain la Cour de Rome ſur le fondement des fauſſes Decretales avoit voulu interrompre cet uſage; Que les Evêques & les Magiſtrats s'étoient élevés dans tous les tems contre ces entrepriſes, & que nos Rois avoient appuyé de toute leur autorité des principes établis & ſur les Canons de l'Egliſe, & ſur l'uſage de tous les ſiecles.

Que les inſtructions que le Roy Charles IX. donna à ſon Ambaſſadeur auprés du Pape Pie IV. au ſujet des Evêques alors accuſés de Calviniſme; les exemples du Cardinal de Chatillon de l'année 1569. & les Arrêts des 11. & 17. Mars de la même année; les Actes des Aſſemblées du Clergé de 1645. & 1650. & la proteſtation qui fut faite en ſon nom, & ſignifiée au Nonce du Pape; l'Arrêt enfin du premier Avril 1710. au ſujet de M. l'Evêque de ſaint Pons, étoient autant de monumens reſpectables de la fermeté qu'on a toûjours eu & qu'on aura toûjours dans ce Royaume, pour

ſoûtenir

ſoûtenir la pureté des anciens Canons contre les entrepriſes de la Cour de Rome, dans une portion auſſi importante de la diſcipline de l'Egliſe que celle du jugement des Evêques.

Qu'on voit aiſément les veritables motifs qui ont donné lieu à une pareille condamnation ; Que le pretexte du défaut d'acceptation de la Conſtitution, n'étoit pas le ſeul que le Pape avoit en en vûë ; Que cette idée d'Infaillibilité que la Cour de Rome cherchoit depuis quelques ſiécles à établir, lui faiſoit regarder avec horreur les voyes les plus Canoniques ; Que ſa délicateſſe ſur ce point alloit juſqu'à ne pouvoir tolerer qu'on eût recours à lui, pour lui demander des explications ſur ſes Decrets ; Qu'il vouloit punir dans les Evêques de France, la temerité qu'ils avoient eu d'embraſſer les moyens que les Loix Eccleſiaſtiques & les exemples de tous les tems autoriſent, pour ſe plaindre ouvertement d'un Jugement rendu, ou pour en demander l'interpretation.

Qu'avant que cette opinion d'Infaillibilité fût née, on voyoit ſans étonnement d'illuſtres Evêques refuſer de ſe ſoûmettre aux déciſions des Papes, mais diſpoſez en même temps de marquer leur ſoumiſſion & leur obéiſſance à tout

ce

ce qui ſeroit jugé par l'Egliſe univerſelle; Qu'on voyoit les plus grands Evêques s'addreſſer aux Papes, pour les prier d'expliquer leurs Décrets; Qu'on voyoit les plus ſaints Papes, les Pelages & les Gregoires répondre favorablement à ces demandes; Qu'on voyoit enfin un Pape Alexandre III. décider, que quand on n'entendoit pas les Reſcrits des Papes, ou qu'on y trouvoit quelque inconvenient, on devoit en ſurſeoir l'execution, & s'adreſſer au ſaint Siege, pour en connoître le veritable ſens.

Que la Cour de Rome ayant voulu introduire l'Infaillibilité du Pape, avoit tâché de détruire la force de ces exemples, par une conduite & par des exemples contraires; Que ſes démarches avoient été ſi loin, qu'il avoit fallu l'autorité des Conciles de Conſtance & de Baſle, pour oppoſer une digue à de pareilles pretentions, mais qu'ils n'avoient pas été capables de détromper la Cour de Rome; Qu'elle s'étoit portée juſqu'à vouloir revoquer en doute l'autorité de ces Conciles, & que ne pouvant y réuſſir, on avoit tenté à meſure qu'on s'étoit éloigné du tems où ils avoient été tenus, d'en diminuer la force par des entrepriſes qui auroient pû être un jour alleguées par la Cour de Rome, comme autant

tant de titres en ſa faveur, ſi ceux qui ont été chargés de la défenſe des Maximes du Royaume, ne s'étoient ſervi de tems en tems des voyes legitimes pour s'y oppoſer.

Que c'étoit un des principaux motifs qui les obligeoit de rompre le ſilence, parce que c'étoit auſſi cette Infaillibilité qui paroiſſoit avoir été un des principaux motifs de tout ce qui étoit émané de la Cour de Rome depuis la Conſtitution, & ſur tout des Lettres qui venoient d'y être publiées.

Qu'au milieu des differentes maximes qui y étoient répanduës, la prétention de l'Infaillibilité s'y faiſoit partout appercevoir; Que l'on y ſuppoſoit l'acceptation faite par l'Egliſe univerſelle de la Conſtitution; & que pour détruire, s'il étoit poſſible, l'autorité des déciſions de la Cour, on vouloit faire regarder comme un crime, & un deshonneur pour l'Ordre Eccleſiaſtique, le recours aux Tribunaux ſeculiers établi par tant de Conciles, & par l'uſage conſtant & uniforme de tous les ſiecles; mais que ſi le Pape décidoit que la Conſtitution eſt la loi de l'Egliſe, ce n'étoit que pour mieux établir ſon Infaillibilité; Qu'il ſuppoſoit l'acceptation, mais comme une acceptation dûë, & qu'on ne pouvoit pas refu-

refuſer, *quam debito obſequio atque obedientiâ ſuſcepit . . . . quam univerſa Eccleſia veneratione debitâ amplectitur.*

Que ce n'étoit point même ſur le fondement de cette acceptation, qu'on reprouvoit ce que des Evêques ont fait en cette occaſion ; Qu'on regardoit les voyes qu'ils ont priſes en general, & indépendamment des circonſtances, comme un crime & un attentat, que ceux qui s'en ſont ſervi n'ignoroient pas être & avoir toûjours été en execration au Pape & à l'Egliſe Romaine, *quæque ipſimet qui ea perpetrarunt à nobis, & à ſanctâ Romanâ Eccleſiâ palàm ac perpetuò damnanda atque execranda eſſe non ignorabant.* Et qu'ainſi l'on renouvelloit, ſoit par ces principes, ſoit par ces expreſſions, les Bulles de Pie II. & de Jules II. & la fameuſe Bulle *in Cœnâ Domini*, qui en a adopté les diſpoſitions.

Que ces differens moyens qui ont été employés ne pouvoient être attaqués que par le principe de l'infaillibilité du Pape; mais qu'inutilement tentoit-on de faire paſſer en ce Royaume des principes ſi contraires à la déciſion des plus celebres Conciles, & aux ſentimens des Papes les plus illuſtres. Le miniſtere public s'oppoſera ſans ceſſe à de pareilles

entre-

entrepriſes, & le ſilence même qu'on a gardé depuis le tems de la Conſtitution ſur tout ce qui a été entrepris en faveur de l'Infaillibilité du Pape, & contre les droits des Evêques, eſt un nouvel engagement qui doit l'animer pour le maintien des Loix du Royaume.

S'il a diſſimulé les Brefs & les Decrets des 17. & 26. Mars, 2. & 8. Mai 1714. ſi contraires aux droits de l'Epiſcopat, & ſi favorables à l'Infaillibilité du Pape, s'il s'eſt contenté d'empêcher qu'on ne répandît les Brefs & Decrets des 18. & 20. Novembre 1716. en requerant ſeulement qu'il fût fait des défenſes de recevoir aucuns Brefs ou Bulles ſans Lettres Patentes enregiſtrées au Parlement. Si le deſir ou l'eſperance de la Paix ont engagé au ſilence dans le tems, & du Décret du 17. Fevrier 1717. & de la Lettre du Cardinal Paulucci, quoiqu'ils ne reſpiraſſent que l'Infaillibilité du Pape, & l'anéantiſſement de l'autorité des Evêques. Si l'on a eu enfin la moderation de ne requerir que la ſimple ſuppreſſion du Decret du 16. Fevrier 1718. qui donnoit atteinte aux maximes ſur les appellations au futur Concile; cette moderation même dont on abuſe par ce dernier Acte, qui ratifie, pour ainſi dire, tout ce qui s'eſt fait juſ-

Digitized by Google

juſqu'alors, qui cite même avec éloge ce Bref du 20. Novembre 1716. ſi contraire aux maximes du Royaume; ce long ſilence dont il ſeroit à craindre qu'on abuſât encore à l'avenir, les oblige de recourir à l'autorité de la Cour. C'eſt à ce ſilence qu'on doit ces expreſſions répanduës dans ces Lettres adreſſées à tous les Fideles. *Petrum per Nos loquentem*, & dans un autre endroit, *ut ab Apoſtolicâ Sede diſcerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent, ut ad illam Scripta ſua examinanda & emendanda dirigerent, ut inde lumen Catholicæ fidei reciperent, ubi non poſſit fides ipſa ſentire defectum, ut nemo eorum denique ſententiam ſuam adversùs Petri autoritatem deffenderet.*

Que c'eſt à ce ſilence que nous devons ces autres expreſſions ſur la Conſtitution, pour laquelle on exige une entiere & aveugle obéiſſance, *debitam & omnimodam obedientiam*, ces reproches faits à ceux qui refuſent d'accepter la loi que le Pape leur propoſe, qu'on regarde comme *inobedientes homines veritati non acquieſcentes .... Conſtitutioni ſeſe ſubjicere detrectantes .... aberrantes, qui in viam juſtitiæ ſuaviter revocandi ſunt*, ce crime enfin qu'on leur impute *quod quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, &*

*quaſi*

*quaſi ſcelus idololatriæ eſt nolle acquieſcere.*

Que les conſequences dangereuſes de ces maximes étoient évidentes, qu'elles retomboient non ſeulement ſur les Evêques qui n'avoient point accepté la Conſtitution, mais ſur ceux mêmes qui avoient accepté non en aveugles, mais en Juges; non avec une obéïſſance dûë à la loi du Pape, mais aprés un examen & des explications; Qu'elles envelopoient même les Parlemens qui n'ont enregiſtré la Conſtitution qu'avec des modifications.

Que les conſequences d'une pareille condamnation n'étoient pas moins dangereuſes, ſoit par rapport aux principes generaux du jugement des Sujets du Roy, & des Evêques, ſoit par rapport aux ſuites que cette condamnation pourroit avoir.

Que l'horreur que cet Acte veut donner des voyes les plus canoniques, impoſe encore une neceſſité plus indiſpenſable de vanger les Loix du Royaume, qu'on s'efforce d'attaquer en tant de manieres.

Que la conduite du Pape enfin en cette occaſion qui refuſant toute voye de conciliation, ne voulant ni donner des explications, ni en approuver, inſen-



Digitized by Google

ſible aux deſirs du Roy, & aux vœux des Evêques, veut obliger les Sujets du Roy à recevoir ſans reſtriction une Conſtitution que la Cour a modifié par ſon Arrêt d'enregiſtrement, eſt une derniere raiſon qui les engage de demander à la Cour qu'il lui plaiſe les recevoir appellans comme d'abus d'un Décret imprimé ſous le titre, *Litteræ ad univerſos Fideles datæ adversùs eos qui Conſtitutioni Sanctitatis ſuæ quæ incipit*, UNIGENITUS, *debitam obedientiam præſtare hactenùs recuſarunt aut in poſterum recuſaverint*, datté du cinquiéme des Calendes de Septembre, publié à Rome le huitiéme du même mois; ordonner que ſur l'appel on procedera au lendemain de la ſaint Martin, & cependant enjoindre à tous ceux qui en ont des exemplaires de les apporter au Greffe de la Cour, faire défenſes à toute ſorte de perſonnes de les imprimer, vendre, debiter, ou autrement diſtribuer; faire pareilles inhibitions & défenſes à tous Archevêques ou Evêques, leurs Vicaires ou Officiaux, & à tous Recteurs & Suppôts des Univerſitez, Corps & Communautez Eccleſiaſtiques, & à tous autres de recevoir, faire lire, publier, citer, diſtribuer, imprimer, ou autrement mettre à execution, di-

rectement

rectement ni indirectement, de quelque maniere & ſous quelque pretexte que ce puiſſe être, leſdites Lettres & Décret, ni pareillement aucunes Bulles, Brefs ou autres expeditions émanées de la Cour de Rome ſans Lettres Patentes du Roy enregiſtrées en la Cour, pour en ordonner la publication, conformement aux Ordonnances du Royaume, Arrêts & Reglemens de la Cour, notamment aux Arrêts des 15. May 1647. 9. May 1703. & 16. Decembre 1716. à l'exception neanmoins des Brefs de Penitencerie, Proviſions de Benefices ou autres Expeditions ordinaires concernant les affaires des particuliers, leſquelles s'obtiennent en Cour de Rome, ſuivant les Ordonnances & Uſages du Royaume, ſous peine d'être traitez comme perturbateurs du repos public. Comme auſſi faire défenſes à tous Libraires, Imprimeurs, Colporteurs & autres, d'imprimer, ou faire imprimer, vendre, debiter, ou autrement diſtribuer aucunes Bulles, Brefs, ou autres Expeditions de Cour de Rome ſans Lettres Patentes du Roy enregiſtrées en ladite Cour, qui en ordonnent la publication, à peine de cinq cens livres d'amende, même de la décheance de leur Maîtriſe ou Vacation, & autre plus grande peine s'il y

 échet.

échet. Ordonner que le preſent Arrêt ſera envoyé dans les Bailliages & Senéchauſſées du Reſſort, pour y être lû, publié & enregiſtré, & affiché par tout où beſoin ſera; enjoindre à mes Subſtituts d'y tenir la main, & d'en certifier la Cour dans un mois.

Les Gens du Roy retirez:

Vû l'Imprimé intitulé, *Sanctiſſimi Domini noſtri Domini CLEMENTIS divinâ Providentiâ Papæ XI. litteræ ad univerſos Chriſti Fideles datæ adversùs eos qui Conſtitutioni Sanctitatis ſuæ qui incipit* UNIGENITUS *anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, ſexto Idus Septembris editæ, debitam obedientiam præſtare hactenùs recuſarunt, aut in poſterum recuſaverint, Romæ 1718. ex Typographiâ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ,* datté à la fin du cinquiéme des Calendes du mois de Septembre 1718. publié le huit dudit mois, enſemble les Arrêts des 15. May 1647. 9. May 1703. & 16. Decembre 1716. La matiere miſe en déliberation.

LA CHAMBRE a reçû & reçoit le Procureur General du Roy Appellant comme d'abus, ordonne que ſur l'Appel

pel on procedera au lendemain de la ſaint Martin en la maniere accoûtumée ; & cependant enjoint à tous ceux qui ont des exemplaires deſdites Lettres, de les apporter au Greffe de la Cour. Fait défenſes à toute ſorte de perſonnes de les imprimer, vendre, debiter, ou autrement diſtribuer. Fait pareilles inhibitions & défenſes à tous Archevêques & Evêques, leurs Vicaires ou Officiaux, & à tous Recteur & Suppôts des Univerſités, Corps & Communautez Eccleſiaſtiques, & à tous autres de recevoir, faire lire, publier, citer, imprimer, diſtribuer, ni autrement mettre à execution directement, ni indirectement, de quelque maniere & ſous quelque pretexte que ce puiſſe être, leſdites Lettres & Decret, ni pareillement aucunes Bulles, Brefs, ou autres Expeditions émanées de la Cour de Rome, ſans Lettres Patentes du Roy, enregiſtrées en la Cour, pour en ordonner la publication, à l'exception neanmoins des Brefs de Penitencerie, Proviſions de Benefices, & autres Expeditions ordinaires, concernant les affaires des particuliers, leſquelles s'obtiennent en Cour de Rome, ſuivant les Ordonnances & Uſages du Royaume, ſous peine d'être traitez comme perturbateurs du repos public.

public. Comme auſſi fait défenſes à tous Libraires, Imprimeurs, Colporteurs & autres, d'imprimer ou faire imprimer, vendre, debiter ou autrement diſtribuer aucunes Bulles, Brefs, ou autres Expeditions de Cour de Rome, ſans Lettres Patentes du Roy enregiſtrées en ladite Cour, qui en ordonnent la publication, à peine de cinq cens livres d'amende, même de décheance de leur Maîtriſe ou Vacation, & autre plus grande peine, s'il y échet. Ordonne que le preſent Arrêt ſera envoyé dans les Bailliages & Senechauſſées du Reſſort, pour y être lû, publié & enregiſtré, & affiché par tout où beſoin ſera; enjoint aux Subſtituts du Procureur General du Roy d'y tenir la main, & d'en certifier la Cour dans un mois. FAIT en Parlement en Vacations, le troiſiéme jour d'Octobre mil ſept cens dix-huit. *Signé*, GILBERT.

XIX.

## XIX.

## *Acte d'Appel interjetté de la Conſtitution* Unigenitus, *par la Faculté de Théologie de Paris.*

*Univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Decanus & Facultas Theologiæ Pariſienſis, Salutem in Domino.*

NOverint univerſi ſacram Facultatem Theologiæ Pariſienſis à Conſtitutione S. S. D. D. N. Clementis Papæ XI. quæ incipit *Unigenitus*, data Romæ ſexto Idus Septembris anni 1713. appellaſſe Concluſione ſuâ latâ die 5. Martii 1717. ad Concilium generale liberum & canonicè celebrandum, & ab omnibus indè ſecutis, necnon à gravaminibus ſeu illatis, ſeu inferendis à S. S. D D. N. Papa Clemente XI. ſuâ aut aliâ quâcumque auctoritate; eodemque Decreto ſtatuiſſe paratam ſe eſſe nomine ſuo ubicumque & quandocumque opus fuerit ad proſecutionem hujus appellationis coram Concilio generali liberè & legitimè congregando, & apud quem vel quos pertinere potuerit eam appellationem proſequi; quæ Concluſio pluries

pluries jam à ſacro Ordine confirmata, ſpeciatim innovata atque confirmata fuit Concluſione latâ in Comitiis generalibus ejuſdem ſacræ Facultatis in aula majore Collegii Sorbonæ habitis die 26. Septembris anni 1718. & confirmatâ in Congregatione generali ejuſdem Facultatis ibidem habita die 27. ejuſdem menſis & anni.

Quibus quidem inſtrumentis ſecundùm leges latis & in publicum emiſſis cum conſtet poſt appellationem illam à ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſis inſtitutam, quidquid in ejus præjudicium, vel ante, vel deinceps à quoquam factum fuit vel attentatum ſive occaſione non acceptatæ dictæ Conſtitutionis, ſive occaſione prædictæ appellationis interjectæ, nullius eſſe roboris, quin & quod poſt illam appellationem datum eſt, eſſe planè nullum; quia tamen inter plura, quæ à data Conſtitutione *Unigenitus* ſcripta circumferuntur, tria ſunt ſacræ Facultati maximè injurioſa, illa à ſe ſilentio prætermitti non poſſe judicavit ſacer Ordo.

Scriptorum illorum primum eſt Breve datum Romæ die 18. Novembris anni 1716. quo privilegia ſacræ Facultati à ſummis Pontificibus indulta ad nutum Sanctitatis ſuæ ſuſpenduntur.

Secun-

Secundum eſt Decretum Inquiſitionis datum Romæ die 16. Februarii 1718. quo inſtrumentum appellationis Illuſtriſſimorum quatuor Epiſcoporum ſubjunctis Concluſionibus ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis die 5. Martii 1717. Sacræ Facultatis Theologiæ Rhemenſis die 8. & S. Facultatis Theologiæ Nannetenſis die 10. ejuſdem menſis & anni damnatur, tanquam continens Propoſitiones falſas, ſcandaloſas, temerarias, ſummo Pontifici contumelioſas, ſchiſmaticas, ac inſuper hæreticas: & inſtrumentum appellationis ab Eminentiſſimo Cardinale Noallio Archiepiſcopo Pariſienſi interjectæ die 3. Aprilis 1717. ut continens Propoſitiones falſas, temerarias, ſcandaloſas, injurioſas ſummo Pontifici, ſchiſmaticas & hæreſi proximas.

Tertium ſunt Litteræ nomine S. S. D. D. N. Clementis Papæ XI. inſcriptæ ad univerſos Chriſti fideles adverſus eos qui prædictæ Conſtitutioni *Unigenitus* debitam obedientiam præſtare hactenus recuſaverunt, vel in poſterum recuſaverint, datæ Romæ 5. Calendas Septembris anni 1718. & publicatæ die 8. Septembris ejuſdem anni, quibus Litteris & Breve & Decretum ſupradictum confirmantur: unde ſacra Facultas Concluſione

cluſione latâ in Comitiis generalibus die 8. Octobris anni 1718. cenſuit renovando Appellationem ſuam jam interjectam à Conſtitutione *Unigenitus* ad Concilium generale legitimè & liberè congregandum, inſuper & ex abundanti ſibi quoque eſſe à dictis tribus prætenſis Decretis aut Litteris ad dictum Concilium generale provocandum, & tenore præſentium prædicta ſacra Facultas Theologiæ Pariſienſis innovat & confirmat Appellationem à ſe interjectam die 5. Martii 1717. & confirmatam die 26. Septembris 1718. à Conſtitutione *Unigenitus* ad Concilium generale legitimè & liberè congregandum & canonicè celebrandum, & inſuper atque ex abundanti proprio etiam nomine ſuo provocat ad idem Concilium generale tam à dicta Conſtitutione *Unigenitus* quàm à ſupradictis Scriptis, Brevi ſcilicet dato die 18. Novembris 1716. Decreto Inquiſitionis dato die 8. Martii 1718. & Litteris Clementis XI. datis 5. Calendas Septembris 1718. & publicatis die 8. Septembris ejuſdem anni.

Sacra Facultas non ſine intimo doloris ſenſu intellexit, ex quo in lucem prodiit Conſtitutio UNIGENITUS, ex eâ illicò innumera in Eccleſia exorta eſſe ſcandala, cùm inde infen-

ſiſſimi

ſiſſimi Eccleſiæ hoſtes uberem illius calumniandæ anſam arripuerint, plures ad Catholicam fidem nuper reverſi ab illa deſciverint, multi Novitatum & corruptelarum Patroni antiquam Eccleſiæ doctrinam impetierint, & ſanctiores morum regulas pervertere tentaverint; alii Ultramontanis commentis indulgentes data divinitùs Eccleſiarum jura, ſanctas illarum libertates impugnaverint; in venerandam Antiſtitum omnium, quos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, auctoritatem, in ſacras Theologiæ Facultates ac Univerſitates & ſancta quæque doctorum ac piorum hominum Collegia inſurrexerint. Hæc omnia ſtatim à publicatione Conſtitutionis UNIGENITUS pullulaverunt ſcandala, quibus ut occurreretur, quot modis & ab illuſtriſſimis Epiſcopis & ab orthodoxis Thelogorum Gallorum Scholis tentatum eſt? Verùm plagam illam nullo niſi ultimo remedio curari poſſe ſatis docuerunt, quæ & in Regno & in Eccleſia ſubſecuta ſunt; Epiſcoporum nempe variæ inter ſe ſententiæ, non convenientia mandata, Paſtorum aliorumque è Clero & Religioſis Ordinibus querelæ, Fidelium Chriſtianam quâ imbuti fuerant in illa Conſtitutione doctrinam non agnoſcentium anxietates,

anxietates, univerſarum denique ferè Eccleſiarum commotio ac propemodum perturbatio. Silebat ſacer Ordo pro ſua in ſanctam Sedem & SS. D. D. Clementem filiali obſervantia ac reverentia; ſperabat fore ut Sanctitas ſua tantis malis commota prædictam tandem Conſtitutionem ut ſubreptitiam & obreptitiam revocaret. Verùm poſt diuturnam expectationem ex pluribus Reſcriptis Româ allatis, intellexit ſummum Pontificem pravis quorumdam hominum artibus adductum, ut dictæ Conſtitutioni ſuæ, nullâ etiam datâ expoſitione, omnimodam vellet obedientiam præſtari; hinc coacta eſt ſacra Facultas, veſtigiis majorum inſiſtens, ad ſalutare appellationis remedium recurrere, quod amplexi ſunt Eminentiſſimus Cardinalis Noallius Archiepiſcopus Pariſienſis, complures Epiſcopi, celebriores Theologiæ Facultates, & Univerſitates, viri innumeri in Dignitatibus Eccleſiaſticis conſtituti, & numeroſæ Sacerdotum, tam ſæcularium quâm Regularium ſanctiſſimæ doctiſſimæque familiæ.

Ut autem omnibus innoteſcat quàm gravibus de cauſis ſacra Facultas appellationem interpoſuerit. à Conſtitutione UNIGENITUS ad Concilium generale, commemoranda ſunt præcipua momentorum

Digitized by Google

torum capita, quæ ipſam ad hanc appellationem interjiciendam impulerunt.

*Primò*, in dicta Conſtitutione UNIGENITUS Propoſitiones centum & una damnantur tanquam falſæ, captioſæ, malè ſonantes, piarum aurium offenſivæ, ſcandaloſæ, pernicioſæ, temerariæ, Eccleſiæ & ejus praxi injurioſæ, neque in Eccleſiam ſolùm, ſed etiam in Poteſtates ſæculi contumelioſæ, ſeditioſæ, impiæ, blaſphemæ, ſuſpectæ de hæreſi, ac hæreſim ſapientes, necnon hæreticis, hæreſibus, ac etiam ſchiſmati faventes, erroneæ, hæreſi proximæ, pluries damnatæ, ac demum etiam hæreticæ reſpectivè; quâ clauſulâ nulla peculiaris unicuique iſtarum Propoſitionum affigitur nota, ſed omnes promiſcuè damnantur; quod periculoſam imò & impoſſibilem reddit ſanam illius Conſtitutionis intelligentiam atque expoſitionem.

*Secundò*, quiſquis eas omnes Propoſitiones damnatas maturo examine diſcuſſerit, pleraſque ipſarum ex proprio ſacrarum litterarum oraculis, ex ſelectioribus commendatiſſimorum Eccleſiæ Conciliorum aut Patrum dictis, & ex purioribus graviorum Theologorum & ſanctiorum verbi divini Prædicatorum ſententiis concinnatas eſſe deprehendet, intelligetque illas non poſſe damnari,



Digitized by Google

quin eâdem continuò cenſurâ Autoribus ſacris, Conciliis, ſanctis Patribus, & certiſſimis Traditionis vindicibus & cuſtodibus inuratur, firmioraque fidei & pietatis fundamenta convellantur.

In ea quippe Conſtitutione damnantur Propoſitiones, quæ genuinam ſacrorum de Pœnitentia Canonum mentem ſpirant, puriores ſummorum Pontificum, Cleri Gallicani & ſanctiſſimorum Præſulum de moribus definitiones repræſentant, quales ſunt 87. 88. & aliæ. Damnantur etiam dictâ Conſtitutione quam plurimæ propoſitiones quæ perpetuam Eccleſiæ doctrinam continent, cùm circa timoris inſufficientiam ad excludendum omnem affectum erga peccatum, veramque juſtitiam obtinendam, tùm circa neceſſitatem charitatis ſeu amoris Dei, ut primum legis divinæ præceptum religiosè ſervetur, ſinguli ad Deum tanquam finem ultimum actus referantur, ſincera morum converſio, veraque peccatoris cum Deo in Sacramento Pœnitentiæ reconciliatio habeatur, ut videre licet à propoſitione 44. ad 67.

Notantur pariter quæ utriuſque teſtamenti diſcrimen tam accuratè exprimunt, & ipſas Doctoris gentium voces & ſententias complectuntur.

Illæ

Illæ etiam quæ ex Beati Pauli oraculis, ſancti Auguſtini & ſancti Thomæ placitis, & ipſis ſæpiſſimè eorum verbis concinnata ſunt circa infallibilem omnipotentis Dei voluntatis effectum & indeclinabilem gratiæ efficacis virtutem reprobantur, quo & ſacris litteris derogatur, & doctrinæ ſancti Auguſtini & beati Thomæ, quorum tutiſſima eſſe & inconcuſſa dogmata ſummi Pontificis pronuntiarunt.

Quin & vigeſima ſeptima propoſitio in qua de fide agitur, ipſa eſt Concilii Tridentini doctrina ſeſſione 6. capite 8.

Propoſitiones quoque 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. & 86. quibus juxta inſtitutum Chriſti, Apoſtolorum, Conciliorum, & Sanctorum Patrum præceptum univerſis Chriſtianis Librorum ſacrorum lectio commendatur, cum graviſſima fidelium omnium offenſione notantur.

*Tertiò.* Inter propoſitiones dictâ Conſtitutione damnatas, ſacra Facultas deprehendit etiam nonnullas eſſe ex quarum damnatione labefactantur fundamenta Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, Sacro ſancta Epiſcoporum jura, Libertates Eccleſiæ Gallicanæ, Regni tran-



Digitized by Google

quillitas, Regum ſecuritas & ſuprema poteſtas, avita ſacræ Facultatis doctrina, quâ claves non ſoli Petro, ſed Eccleſiæ conceſſas fuiſſe decernitur, quod dogma damnatione propoſitionum 90. 91. 92. ſubruitur, ut in ejus locum uni Romano Pontifici clavium exercendarum jus, poteſtas, & exercitium tribuatur. Quod & ex Brevi dato die 17. Martii anni 1714. ad Cardinales & Epiſcopos Pariſiis congregatos ſatis intelligitur; in eo enim ob moram temporis intermiſſam ab Epiſcopis Gallicanis (ut ſcilicet interim Conſtitutionem maturiùs expenderent, & de propoſitionibus in ea damnatis judicium ferrent) conqueritur Clemens XI. ſibi moleſtum accidiſſe quod rationabilis obſequii ſui erga prædictam Conſtitutionem præclarum adeò teſtimonium longiùs quàm par erat, protraherent, quam moram ab Epiſcopis Gallicanis datâ operâ factam, ut in pluribus Congregationibus dictam Conſtitutionem examinarent & de propoſitionibus in ea damnatis judicium ferrent, vertit Clemens XI. ad unicam cunctationem œconomiæ causâ interpoſitam, paſſimque ingerit (quod anteà dixerat in Brevi dato anno 1706. de Epiſcopis diſcant parere & exequi, non judicare

judicare aut interpretari, ) ſolam execu-tionem dictæ Conſtitutionis Epiſcopis commiſſam eſſe, atque ita Epiſcopis quibus poteſtas judicandi in cauſis ad fidem & mores pertinentibus à Chriſto tradita eſt, ſolum exequendi decreta Romani Pontificis miniſterium relinquitur.

His itaque aliiſque de cauſis quas parati ſumus tempore & loco debitis fuſiùs exponere, nos memores Sacramenti, quod ad aras Martyrum præſtitimus, veritatem nos uſque ad effuſionem ſanguinis defenſuros ( præmiſſis expreſsè proteſtationibus, quod nihil unquam dicere atque etiam ſentire intendimus contra unam Sanctam, Catholicam, Apoſtolicam & Romanam Eccleſiam, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ authoritatem, cui ad extremum uſque ſpiritum indivulsâ communione adhæſuros nos eſſe profitemur, quodque à debita SS. DD. N. Papæ legitima reverentia nuſquam ſumus diſceſſuri ) ad laudem Dei Omnipotentis, Catholicæ fidei confirmationem & exaltationem, antiquæ & avitæ doctrinæ noſtræ conſervationem, pacem & ſecuritatem Eccleſiæ & Regni, deffenſionem jurium Epiſcopalium & SS. Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ à prædi-

cta Clementis Papæ XI. Conſtitutione, quæ incipit UNIGENITUS DEI FILIUS datâ die 8. Septembris anni 1713. provocamus & appellamus ſicut anteà provocavimus & appellavimus ad futurum Concilium Generale legitimè, canonicè & in tuto loco congregandum, & liberè celebrandum, ad quod nos liberè, ut moris Conciliorum hactenùs fuit accedere & ſententiam noſtram proferre ac tueri poſſimus.

Nec non etiam ſacræ Facultati neceſſitas incumbit appellandi à Brevi dato die 18. Novembris 1716. ſicut à Decreto Inquiſitionis dato 16. Februarii 1718. & à Litteris ſummi Pontificis datis v. Calendas Septembris ejuſdem anni.

Quamquam enim hæc ſcripta nullius ſint roboris & irrita, utpote quæ partim profecta ſunt à Tribunali, cujus nulla apud nos eſt penitùs authoritas, partim poſt inſtitutam appellationem data, & cuncta requiſitis juxta leges noſtras juris formulis deſtituta, nec Regis placitis authoritate ſupremæ Curiæ recognitis munita ab illis tamen ad futurum Generale Concilium provocat ſacer ordo.

Et *primò* quidem à Brevi dato die 18. Novembris 1716. quo privilegia ſacræ Facultati à ſummis Pontificibus, ut prætenditur, indulta, ad Sanctita-

tis ſuæ libitum ſuſpenduntur, quia in eo ſacer Ordo probris oneratur, nec ſolùm jura ſacræ Facultatis læduntur, ſed & Regni : Cùm ſacra Facultas nec à Pontificibus inſtituta ſit, ſed à Regibus; nec ſua privilegia à Pontificum Bullis mutuetur, ſed à Regis authoritate, conſpirantibus univerſis Regni ordinibus : & quæ à Pontificibus privilegia habet, ea ad nutum Romani Pontificis revocari non poſſunt, cùm à Conciliorum Generalium comprobatione & Regum ac Legum Regni & Eccleſiæ Gallicanæ aſſenſu roborata ſint.

*Secundò*, Decretum Inquiſitionis datum die 16. Februarii 1718. ad nos quidem, qui hujuſmodi tribunal non agnoſcimus, nihil attinet, quia tamen in eo proſcribuntur inſtrumenta appellationum ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio, Archiepiſcopo Pariſienſi, & ab illuſtriſſimis Epiſcopis, à Conſtitutione UNIGENITUS interjectarum, quibus adhæſimus, & præterea jus appellandi ad Concilium generale damnatur, & univerſalis Eccleſiæ autoritati derogatur; nos, in quantum opus eſſe poſſet, & nullâ aliunde habitâ prædicti Tribunalis ratione, ab eo Decreto ad futurum Concilium generale appellamus.

*Tertiò*, Litteræ quæ circumferuntur ſub

ſub nomine Clementis XI. datæ v. Calendas Septembris 1718. & publicatæ die 8. Septembris ejuſdem anni, prætérquàm quòd omni formâ judiciariâ déſtitutæ ſunt, antiquis Canonibus, Juri Canonico, perpetuæ Eccleſiæ praxi ac legibus noſtris circa fidei & Epiſcoporum cauſas adverſantur, datæ ſunt in præjudicium appellationum ad Concilium generale interjectarum, poſt quas Romanus Pontifex nullum poterat ampliùs in cauſa Conſtitutionis ferre judicium, quin & appellationes ad generale Concilium, quæ Conciliorum generalium definitionibus nituntur, damnandas & execrandas pronuntiant; poſtulationem eorum Epiſcoporum, qui declarationes petierunt, tanquam Apoſtolicæ Sedi injurioſam rejiciunt; Romani Pontificis in definiendis fidei, diſciplinæ & morum quæſtionibus infallibilitatem paſſim aſtruunt; Epiſcopis è contra de iis judicandi omnem autoritatem adimunt; Regiæ Majeſtati & Magiſtratibus poteſtatem à Deo datam impugnant, ſacrarum Theologiæ Facultatum & Univerſitatum honori ac juribus derogant, à prædictis etiam litteris ad Concilium generale provocamus.

His igitur aliiſque de cauſis, quas fuſiùs in Concilio generali, & ubicumque opus

opus fuerit exponemus, ad dictum futurum Concilium generale legitimè ac canonicè convocandum, & liberè ac in tuto loco celebrandum per has præſentes litteras provocamus & appellamus, tam pro nobis ſacræ Facultatis Pariſienſis Magiſtris quàm pro omnibus nobis adhærentibus vel adhæſuris, à dicta Conſtitutione SS. D. D. N. Clementis XI. quæ incipit *Unigenitus*, datâ Romæ die 8. Septembris 1713. & in quantum neceſſe foret atque ex abundanti à Brevi dato Romæ die 18. Novembris 1716. à Decreto Inquiſitionis dato die 16. Februarii 1718. & à Litteris Clementis XI. datis Romæ 5. Calendas Septembris 1718. & publicatis die 8. Septembris ejuſdem anni, & ab omnibus inde ſecutis vel ſecuturis, & à gravaminibus illatis vel inferendis Pontificiâ aut aliâ quâcumque autoritate, nos & nobis adhærentes protectioni Dei Omnipotentis, & ſanctiſſimæ Univerſalis Eccleſiæ & Concilii Generalis tutelæ commendantes, ita ut ſi quis quâcumque dignitate polleat nos aut nobis adhærentes excommunicare, ſuſpendere, interdicere, deponere, Beneficiis Eccleſiaſticis privare, aut alio quolibet modo gravare ea de cauſa præſumpſerit, ea omnia & ſingula pro nullis & irritis,



Digitized by Google

ut juris eſt, habeantur.

Cujus Appellationis eorumque omnium quæ in præſenti inſtrumento continentur actum poſtulamus & *Apoſtolos* cum inſtantia petimus.

Actum in Comitiis generalibus ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis habitis in aulâ majore Collegii Sorbonæ, die 18. Octobris 1718.

L'Acte d'Appel qui vient d'être rapporté, fut approuvé d'un conſentement unanime dans l'Aſſemblée de la Faculté, tenuë en Sorbonne le 18. Octobre 1718. comme on le va voir par la Concluſion ſuivante.

*La Faculté* 1. . . . Cet article regarde la diſcipline.

2. *Elle accorde à MM. Duquêne, Levêque, Begon, Hubaut, Corneille, le Roux, Morne, de Lan* a, *Acte* b *de*

a M. Brillon, Profeſſeur de Sorbonne, qui n'avoit point aſſiſté aux dernieres Aſſemblées ſur l'Appel, & qui étoit à celle de ce jour dés le commencement, ne ſuivit point l'exemple de ces Docteurs. Il fut pourtant du nombre de ceux qui approuverent l'Acte d'Appel, & il en reçût ſur le champ des complimens.

b Dans l'Aſſemblée precedente du 10. Octobre, on accorda le même Acte à plus de quarante Docteurs, qui n'ont point encore droit d'aſſiſter aux Aſſemblées. On rapportera ci-aprés cette Concluſion.

*de leur adhéſion aux Concluſions des 26. Septembre & 8. Octobre au ſujet de l'Appel de la Conſtitution* Unigenitus.

3. *Elle ratifie l'Appel fait par MM. les Députés : elle leur donne pouvoir de demander les Lettres qu'on appelle* Apoſtolos *a* ; *Elle ordonne qu'on imprime au plûtôt b cet Appel, avec les autres Actes de la Faculté qui le concernent* - . . . . . . . . . *Elle indique une Aſſemblée au 20. Octobre. c*

Concluſion

*a* Par ce mot qui vient d'un verbe grec, *envoyer*, on entend des Lettres qu'on envoye ou qu'on adreſſe au Concile General aſſemblé, pour ſervir de témoignage ou de certificat de l'Appel qu'on y a interjetté. Cet Article de la Concluſion fut executé dés le même jour aprés midi. M. le Doyen de la Faculté, avec MM. le Syndic & les autres Docteurs nommés à cet effet, allerent demander ces Lettres à M. l'Abbé de Gontaut, Doyen de Nôtre-Dame, qui les leur accorda trés volontiers, tant par conſideration pour la Faculté, que par le reſpect pour l'Egliſe Univerſelle, à qui elles s'adreſſent; *pro ſuo in ſacram Facultatem ſtudio, & pro ſua in Eccleſiam Univerſalem obſervantia.* ( Ce ſont les termes de l'Acte. )

*b* Pluſieurs Docteurs inſiſterent ſur cet Article, qui étoit déja arrêté par la Concluſion du 8. Octobre. M Durieux ajoûta qu'il falloit ſe preſſer de l'executer, afin de répandre par tout l'Univers cet Acte, & les autres Piéces qui y ont rapport.

*c* Cette Aſſemblée eſt indiquée pour l'examen du Corps de Doctrine, dont on a encore parlé dans l'Aſſemblée du 18. Octobre.

Digitized by Google

## Concluſion du 10. Octobre 1718.

*La Faculté* 1. . . . . .

2. *Elle accorde aux Docteurs, qui ne ſont point encore Reſomptés, & qui n'ont point droit de ſuffrage dans les Aſſemblées, Acte de leur adhéſion à l'Appel fait par la Faculté, de la Conſtitution* Unigenitus *au futur Concile general par la Concluſion du 5. Mars 1717. confirmée & renouvellée le 26. du mois de Septembre dernier; & aux Appels faits par la Concluſion du 8. de ce mois, & confirmée en ce jour: elle veut que cet Acte de leur adhéſion ſoit inſcrit dans les Regiſtres de la Faculté, & par tout où beſoin ſera, & que les Docteurs abſens qui n'ont point encore fait leur Reſompte, puiſſent demander à la Faculté par eux mêmes, ou par écrit, le même Acte qui leur ſera accordé. Les Docteurs nommés ont preſenté à la Faculté en pleine Aſſemblée l'Acte dont on vient de parler, ſigné de leur main, & on leur en donne Acte.*

10. Octobre.

Dans l'Ecrit qu'ils ont ſigné.



Digitized by Google

## XX

## *Acta Univerſitatis Studii Pariſienſis ſuper Appellatione ſolemniter interjecta nomine ejuſdem Univerſitatis, ad futurum Concilium Generale, à Conſtitutione Pontificia, quæ incipit* Unigenitus Dei Filius, *datâ Romæ ſexto Idus Sept.* 1713.

ANno Domini milleſimo ſeptingenteſimo decimo octavo, die Lunæ vigeſimo ſexto menſis Septembris, habita ſunt Comitia Deputatorum Univerſitatis extra ordinem in Collegio Choletæo : In quibus Rector Ampliſſimus Magiſter *Michaël Godeau* expoſuit, converſos eſſe jampridem Gallorum omnium oculos in Pariſienſem Univerſitatem. Quicumque ſunt in hoc Imperio boni & memores traditæ à Patribus doctrinæ, expectare ab almâ Litterarum divinarum humanarumque Parente, ut in ancipiti hocce rerum diſcrimine, pro nunquam intermiſſo more ſuo, tandem veritati tam periculosè laboranti ſuccurrat. Nimirùm evanuiſſe ſpes illas, fore ut unde tam gravia Religioni vulnera in-

flicta erant, inde mitteretur remedium; quod efficax eſſe non poterat, niſi cauſa mali tolleretur. Præſtigiis iniquorum hominum obturari uſque aures Summi Pontificis, ne ſtudioſorum ſui filiorum preces audiat; averti oculos ne videat mala quæ clara ſunt. Supereſſe nunc adversùs Conſtitutionem *Unigenitus*, viam ſalutis unam, quam à Divo Paulo Gentium Apoſtolo monſtratam, in ſæculis deinceps omnibus viri quique ſanctiſſimi fortiſſimique inierunt, ut *gentem ſuam & Sancta vindicarent*; ac, ſi quando Petrus *reprehenſibilis* videretur, *dicerent Eccleſiæ*, cui uni datum eſt à Spiritu Sancto, ut non poſſit in fide errare aut fallere.

*1. Macchab. 13. 6.*

Certè à Pariſienſi Academiâ, quâ notum ſit nullum eſſe Ordinem in Orbe toto Apoſtolicæ Sedi veriùs addictum, plura tamen ejuſmodi Appellationum, à Romanorum Pontificum judiciis, exempla, quàm ab ullo quoquam Ordine edita fuiſſe, etiam in cauſis levioribus. Quanto nos igitur decere nunc magis in tam turbulenta tempeſtate illam anchoram amplecti adversùs Conſtitutionem *Unigenitus*, quâ perculſis uno fulminis ictu centum & unâ Propoſitionibus verum & æquum ſubverſum eſt, Chriſtiana fides, ſanctorum Patrum

Digitized by Google

Patrum doctrina, diſciplina morum, Epiſcoporum auctoritas, Regum noſtrorum jura & ſecuritas, libertates Eccleſiæ Gallicanæ labefactantur; quæ lata ſit, tribus aut ad ſummum quatuor è Cardinalium numero in concilium adhibitis; quæ denique, ut cætera omittantur, Reum, miniſtrum ſacrorum, ſpirantem adhuc & vivum, non citatum, audiri ſe enixè & ſuppliciter poſtulantem, inauditum damnat verbis atrocibus.

Le Pere Queſnel.

Et quidem Univerſitatem ſuos de prædicta Conſtitutione ſenſus non ſemel aperuiſſe, maximè cùm die 12. Martii 1717, Rectore clariſſimo Viro M. *Joanne Gabriele Petit de Montempuys*, neceſſariam Appellationem declararet, ac reverà inſtitueret. Sed enim illam Appellationem, certis de cauſis, non fuiſſe tum ſolennibus omnibus, formuliſque juris munitam. Nunc cùm ad hæc tempora malè diſſimulatus error caput erigit audaciùs; cùm vani Doctores dogmata ſua centies damnata, paſſim ſub prædictæ Conſtitutionis umbrâ ſine pudore venditant; cùm patientiâ nihil proficitur; cùm periculum in dies inſtat majus: Rogavit Rector Ampliſſimus Deputatos, ut ſinguli cum ſuis agant Ordinibus de præſenti rerum ſtatu; ex-

quirant Magiſtrorum ſententias, quid fieri pro defenſione fidei avitæ ac dignitate Univerſitatis oporteat. Audito ſuper his Magiſtro *Edmundo Pourchot*, Syndico Univerſitatis, ſinguli Deputati polliciti ſunt ſe quamprimùm habituros ſuorum Ordinum Comitia; ſententias Magiſtrorum exquiſituros, & ad ordinaria Comitia, die Sabbati primo Octobris habenda, relaturos.

## VIEL.

ANNO Domini 1718. die primo Octobris, in Comitiis ordinariis Deputatorum Univerſitatis habitis in Collegio Choletæo, Apparitor nunciavit adeſſe Magiſtrum *Hideux*, Syndicum Sacræ Facultatis, cum aliis benè multis Sapientiſſimis è ſacro Ordine Doctoribus, qui ſe in Comitium intromitti poſtularent. Quibus cùm introeundi copia, quàm poterat honeſtiſſimè, facta fuiſſet, ingreſſi ſunt ſacrarum ſcientiarum omniſque divini juris Magiſtri, flos & robur Sacræ Facultatis, Magiſtri *Ludovicus Hideux*, Syndicus Sacri Ordinis, Paſtor Eccleſiæ Sanctorum Innocentium, Paſtorum in Civitate Pariſienſi Decanus. *Joſephus Lambert*, Doctor Sorbonicus, Prior Sancti Martini de Palaiſeau

laiſeau. *Jacobus Jollain*, Doctor Navarricus, Paſtor Eccleſiæ Sancti Hilarii in Monte. *Joannes Baptiſta Joſephus Favart*, Doctor & Profeſſor Navarricus, Primarius Collegii Remenſis. *Petrus Davolé*, Pro-Pœnitentiarius Pariſienſis, Doctor Navarricus. *Franciſcus Brulé*, Prior Collegii Præmonſtratenſis Pariſienſis. *Vincentius Joſephus Bidal D'Asfeld*, Doctor Theologus. *Joſephus Joannes Baptiſta Quinot*, Doctor & antiquus Profeſſor Sorbonicus, Sacræ Facultatis Ex Syndicus. *Joannes Antonius Paſtel*, Doctor & antiquus Profeſſor Sorbonicus, Collegii Mazarinæi Coadjutor Magni Magiſtri. *Franciſcus Cottin*, Doctor & Profeſſor Regius è Regiâ Societate Navarricâ. *Natalis Jacobus le Fevre*, Doctor Sorbonicus. *Antonius Sage*, Doctor, Theologiæ Profeſſor in Conventu & Collegio Fratrum Prædicatorum. *Franciſcus Dominicus Rouviere*, Doctor Theologus ex Ordine Fratrum Prædicatotum, *&c.* Qui ubi conſederunt, Magiſter *Joſephus Lambert*, graviſſimam ac dignam ſacro Theologiæ Ordine orationem exorſus eſt, cujus hæc ſumma fuit. Delegatos ſe fuiſſe numero ſexdecim, ut nomine Sacræ Facultatis, ab Academico Tribunali poſtularent Actum ſuarum ad-

 hæſio-

hæſionum ad Appellationes à Conſtitutione *Unigenitus*, interpoſitas tam ab Illuſtriſſimis quatuor Epiſcopis Mirapiſcenſi, Senecenſi, Montiſpeſſulani, & Bolonienſi, quàm ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio Archiepiſcopo Pariſienſi, inſtrumentaque omnia Sacræ Facultatis ad prædictas adhæſiones ſuas ſpectantia, ad æternam rei memoriam, deſcribi in communibus Commentariis Univerſitatis. Deinde peterent fieri totius Univerſitatis nomine communem ad futurum Concilium Generale à ſupradictâ Conſtitutione Appellationem. Habere ſapientiſſimum Decanum ſuum à Sacrâ Facultate mandata & poteſtatem ferendi cum cæteris Academiæ Ordinibus ſuffragii. Rector Ampliſſimus, honorificè, ut decuit, exceptâ perhonorificâ deputatione, rogavit, uti ad momentum recederent, dum petitionis eorum primum caput ad deliberandum proponeret. Quo ſuper primo capite, audito Magiſtro *Edmundo Pourchot*, Syndico Univerſitatis, unanimi conſenſu placuit, Actum dari Sacræ Facultati Theologiæ ſuarum adhæſionum ad Appellationes à Conſtitutione *Unigenitus*, tam per Illuſtriſſimos quatuor Epiſcopos Mirapiſcenſem, Senecenſem, Montiſpeſſulani, & Bolonienſem, quàm per

per Eminentiſſimum Cardinalem Noallium Archiepiſcopum Pariſienſem interjectas à Conſtitutione *Unigenitus* ad futurum Concilium Generale : inſtrumenta omnia Sacræ Facultatis, ad prædictas adhæſiones ſpectantia, ad æternam rei memoriam, deſcribi in communibus Commentariis Univerſitatis. Atque ita ab Ampliſſimo Rectore concluſum fuit; ſimulque dimiſſi cum eximiis laudibus & ingenti gratulatione ſapientiſſimi Delegati.

POSTEA idem Rector Ampliſſimus rogavit Deputatos, ut ſuper negotio à ſe die Lunæ 26. Septembris propoſito, quæ mandata haberent à ſuis Ordinibus, proferrent in medium.

*Sententia Sacræ Theologiæ Facultatis.*

Magiſter *Nicolaus Chaudiere*, Decanus Sacræ Theologiæ Facultatis, dixit :

Exceptam in præſentia fuiſſe ab ore ſapientiſſimi Magiſtri *Joſephi Lambert* ſententiam Sacræ Facultatis, quâ non modò cenſeretur, ſed etiam poſtularetur fieri communi Univerſitatis nomine Appellationem ad futurum Concilium Generale à Conſtitutione *Unigenitus* :

*tus*: Nihil ſe habere in votis impenſius, quàm ut in eam rem cæteri Ordines Academici, quò fiat vis unita fortior, conſpirent ſuis ſuffragiis.

*Sententia Conſultiſſimæ Jurium Facultatis.*

Magiſter *Gaſpar Brés*, Conſultiſſimæ Jurium Facultatis Decanus, prælegit Ordinis ſui Concluſiones.

ANNO Domini 1718, die verò Veneris 30. Septembris, Comitia Conſultiſſimæ Facultatis, convocata extra ordinem, habita ſunt, &c.

Expoſuit Conſultiſſimus Anteceſſor *D. de Ferriere* habita fuiſſe extraordinaria Univerſitatis Deputatorum Comitia, die Lunæ proximè elapſo, quibus, abſente Decano in actu, ipſe, ut moris eſt, interfuit, in quibus præſertim actum eſt de interponendâ Appellatione ad futurum Generale Concilium à Conſtitutione S. P. Clementis XI. quæ incipit *Unigenitus*; atque ibi concluſum unanimiter, ut ſinguli Ordines quamprimùm eâ de re legitimè convocati, quid in tanto rerum, nec non Eccleſiaſticæ totius diſciplinæ diſcrimine, tamque urgenti periculo ſentiant,

proximis

proximis menſtruis Comitiis in ſcripturam redactum referrent.

His præmiſſis, dixit Conſultiſſimus Syndicus de eo maturè, prout res poſtulat, eſſe deliberandum. Re in deliberationem miſſâ, rogatis dictiſque ſententiis placuit unanimi conſenſu :

1. Ut Pariſienſis Univerſitas, pro ſuo jure, & pro ſuo more, à prædictâ Clementis XI. Conſtitutione, quæ incipit *Unigenitus*, Appellationem quamprimùm proprio nomine interponat ad futurum Generale Concilium, ut pluries appellandum decrevit; & potiſſimùm in Comitiis generalibus habitis apud Maturinenſes die 12. Martii 1717.

2. Cenſuit conſultiſſima Facultas eodem modo & eâdem formâ eſſe appellandum ab iis omnibus, quæ per ſuprà memoratæ Conſtitutionis *Unigenitus* conſequentias peracta ſunt, aut poterunt in poſterum peragi.

3. Statuit ut ſedulò curet Univerſitas Appellationem hanc utramque publicari, ut par eſt, nec non ad æternam rei memoriam inſinuari iis omnibus in locis, in quibus ejuſmodi inſinuatio fieri conſuevit; quod plurimùm Univerſitatis interſit, ſuam exhibere exactiſſimam diligentiam, prudentiamque in cavendo totis viribus, ut inconcuſſa

maneant

maneant totius Regni Regiſque Chriſtianiſſimi jura, illibatæ ſerventur Eccleſiæ Gallicanæ libertates, nihilque agatur adversùs ſanam doctrinam, veteres Canones, & uſus perenniter hucuſque in hoc Regno receptos, & indeſinenter eodem modo exactiſſimè obſervatos.

4. Decrevit ſic ab Univerſitate interponendam eſſe utramque hanc ad futurum Generale Concilium Appellationem, ut nullâ in re derogatum velit exhibendæ, quæ maxima ſemper debetur ab omnibus, Apoſtolicæ Sedi reverentiæ. Quamobrem cenſuit eadem Conſultiſſima Facultas in interponendâ ejuſmodi Appellatione ab Univerſitate Pariſienſi, maximè cavendum, ut palàm & publicè declaret ac conteſtetur ſe non modò unitati Eccleſiæ atque Cathedræ Sancti Petri non minùs fore addictiſſimam; verùm etiam nullo alio quicquam animo ſe deinceps, ut fecit hactenùs, eſſe molituram, quàm ut pacem Eccleſiæ, Regni hujus tranquillitatem, quantum in ſe eſt, pro ſuo jure promoveat, & ſe penitiùs devoveat Eccleſiæ unitati.

5. Prolatâ & attentè perlectâ Appellatione ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio interpoſitâ die 3. Aprilis 1717. cenſuit Conſultiſſima Facultas debere

Pari-

Pariſienſem Univerſitatem eo nomine huic Eminentiſſimo Cardinali per Deputatos gratulari.

Ita teſtor De Ferriere, Syndicus.

Die verò ſequenti 1. Ooctobris ejuſdem anni 1718. matutinis horis, extra ordinem convocatis iterùm Comitiis prædicta Concluſio lecta fuit, & omnium ſuffragiis confirmata. Ita teſtor De Ferriere, Syndicus.

## *Sententia Saluberrimæ Facultatis.*

Magiſter *Amandus Douté*, Sereniſſimæ Duciſſæ Biturigum Medicus Primarius, Saluberrimæ Medicorum Facultatis Decanus, legit pariter ſuæ Facultatis Concluſionem.

Die Sabbati primâ menſis Octobris anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi octavi, horâ decimâ matutinâ poſt Sacrum, Saluberrima Facultas legitimè convocata eſt per juramentum in ſcholas ſuperiores, de re gravi & permagni ponderis deliberatura. Auditâ relatione à M. *Amando Douté* Decano factâ de iis, quæ in ultimis Academiæ Comitiis peracta fuêre, de Provocatione ad futurum Generale Concilium ſuper Conſtitutione *Unigenitus*;

*genitus*. Re in deliberationem miſſâ, magno Doctorum conventu, cenſuit Saluberrimus Ordo appellandum eſſe ad futurum Generale Concilium cum cæteris Academiæ Ordinibus, ſuamque Provocationem, in quantum opus erit, eſſe promulgandam. Et ſic concluſi, DOUTÉ, *Decanus*.

## *Sententia Honorandæ Gallorum Nationis.*

Magiſter *Carolus Rollin*, Rector antiquus Univerſitatis, Regius Eloquentiæ Profeſſor, Honorandæ Gallorum Nationis Procurator, Ordinis ſui Concluſionem legit.

ANno Domini milleſimo ſeptingenteſimo decimo-octavo, die primâ Octobris, horâ octavâ matutinâ, habita ſunt extra ordinem Comitia Honorandæ Gallorum Nationis apud Maturinenſes. Ibi Magiſter *Carolus Rollin*, dictæ Nationis Procurator, & antiquus Rector Academiæ, expoſuit convocatos fuiſſe die vigeſimâ-ſextâ apud Ampliſſimum Rectorem, *M. Michaelem Godeau*, Deputatos Univerſitatis, rogatoſque ab eo ut ſuos quiſque Ordines conſulerent

conſulerent de inſtituendâ nomine Univerſitatis, ad futurum Generale Concicilium Appellatione à Conſtitutione quæ ſic incipit *Unigenitus Dei Filius*, datâ die octavâ Septembris anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi tertii. Addidit converſos eſſe omnium oculos in almam pietatis pariter & ſcientiarum Parentem Academiam, nec dubitari quin illa, pro ſuo conſtanti & perpetuo tuendæ veritatis ſtudio, laboranti Eccleſiæ, & in ſummum diſcrimen adductæ, ſalutiferam ſit opem allatura. Ideò præcipuè fundatam eſſe Univerſitatem Pariſienſem, ut eſſet velut arx invicta Fidei, Veritatis, Religionis: ut eſſet firmiſſimum tutamen diſciplinæ morum, Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, Jurium Regni: ut ſacræ Regum ſuorum perſonæ ſecuritati invigilaret: (quæ omnia in extremum diſcrimen Conſtitutione *Unigenitus* adducuntur) ut denique adverſùs pernicioſas ultramontanarum opinionum novitates, ſacram verendæ antiquitatis auctoritatem, velut æneum murum, opponeret. Jam illam aperuiſſe quid ſentiret, cùm occaſione Illuſtriſſimorum quatuor Epiſcoporum, Mirapiſcenſis, Senecenſis, Montiſpeſſulani, & Bolonienſis, qui primi cæteris exemplum dederunt tutandæ hâc eâdem viâ

 fidei

Digitized by Google

fidei & veritatis, ipſa quoque die duodecimo Martii anni proximè elapſi judicavit Appellationem ad futurum Generale Concilium eſſe prorſus neceſſariam. Jamdudum expectari commodam occaſionem producendi in publicum, & ſolemnibus Juris formulis inſtruendi Appellationem, quam tunc Univerſitas, quantùm fuit in illâ, inſtituerat. Oblatam certè nunc videri eam temporis opportunitatem, ex quo in lucem prodiit Appellatio Eminentiſſimi Cardinalis Noallii. Videret itaque Honoranda Natio, num inhærens Concluſioni à ſe latæ die duodecimo Martii anni proximè elapſi, vellet Appellationem inſtitui, nomine Univerſitatis, ad futurum Generale Concilium à Conſtitutione *Unigenitus*, & ab omnibus quæ inde conſecuta ſunt & conſequi poterunt: nominarique Deputatos, qui nomine Univerſitatis gratulatum eant Eminentiſſimo Cardinali Noallio eidemque Archiepiſcopo Pariſienſi, quòd Appellationem ſuam ad futurum Concilium, applaudente univerſâ Pariſienſi Eccleſiâ, tandem publici juris fecerit.

Poſtquam lecta fuit Concluſio ſupradicta, quâ judicavit Honoranda Natio Provocationem ad futurum Generale Concilium eſſe prorſus neceſſarium, id-

que

que ad ſervandam fidei & diſciplinæ morum integritatem, ad aſſerenda Epiſcoporum jura, ad defendendas Regni & Eccleſiæ Gallicanæ Libertates; doctrinamque Univerſitatis tuendam, declaravit prædicta Natio concordi omnium ſententiâ ſtare ſe firmiter in prædictâ Concluſione latâ die duodecimo Martii anni milleſimi ſeptingenteſimi decimiſeptimi, adeòque Appellationem, quam tùnc temporis neceſſariam duxit, nùnc judicare omninò in præſenti rerum cardine omnibus juris ac legum formulis munitam, quàm primùm ab Univerſitate in publicum emitti oportere, nominandoſque Deputatos qui nomine Univerſitatis gratulatum eant Eminentiſſimo Cardinali Noallio, quòd Appellationem ſuam ad futurum Concilium tandem publici juris fecerit. Atque ita ab Ornatiſſimo Procuratore fuit concluſum. Ità teſtor ergo Honorandæ Gallorum Nationis Ex-Cenſor,

DUCLOS.

## *Sententia Fideliſſimæ Picardorum Nationis.*

Magiſter *Alexander - Antonius Le Vaſſeur*, in Dormano-Bellovaco Profeſſor, Procurator Fideliſſimæ Picardorum Nationis, legit Picardiæ Nationis Concluſionem.

ANno Domini 1718, die primo Octobris, horâ ſeptimâ matutinâ, in Scholis Fideliſſimæ Nationis habita ſunt Comitia Quæſtoria, in quibus antequàm de eligendo Quæſtore deliberaretur; Ego Procurator expoſui advenisse tempus opportunum in publicam lucem emittendi, legitimiſque omnibus juris formulis inſtruendi Appellationem ad proximè futurum Generale Concilium à Conſtitutione Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ XI. datâ Romæ die octavo Septembris anni 1713. quæ incipit ab hâc voce *Unigenitus*: Quam Appellationem die 12. Martii anni 1717. Univerſitas Pariſienſis neceſſariam duxit ad auctoritatem Epiſcoporum, jura Regis & Regni, fidei morumque dogmata conſervanda, quæ prædictâ Conſtitutione labefactantur. Itaque audito priùs æquiſſimo Cenſore,

ſore, rogatis dictiſque ſententiis, Fideliſſima Natio confirmavit Concluſionem à ſe latam eodem die 12. Martii anni 1717. de neceſſitate præfatæ Appellationis: Appellationi Illuſtriſſimorum Epiſcoporum Mirapiſcenſis, Senecenſis, Montiſpeſſulani, & Bolonienſis die primo Martii 1717. Sacræ Facultatis Pariſienſis die quinto ejuſdem menſis Martii 1717. & Eminentiſſimi Cardinalis Noallii Pariſienſis Archiepiſcopi die tertio Aprilis ejuſdem anni 1717. factæ, die verò 24. menſis Septembris hujus anni 1718. promulgatæ, adhęrendum duxit; ipſaque provocavit à dictâ Conſtitutione *Unigenitus*, & ab omnibus inde ſecutis & ſecuturis, nec non à gravaminibus illatis & inferendis quâvis auctoritate, occaſione ejuſdem Conſtitutionis; mihique Procuratori ſuo provinciam dedit omnia inſtrumenta unà cum cęteris Academicorum Ordinum Deputatis conficiendi ad emittendam, nomine Univerſitatis, Appellationem ad futurum Generale Concilium liberum & legitimum, à dictâ Conſtitutione *Unigenitus*, eamque promulgandam, omnibus legitimis, juxta ſacros Canones & Regni jura, formulis muniendam, atque ubi & quando opus fuerit, defendendam: Quæ omnia fiant,

ſervato ſemper Catholicæ unitatis vinculo, inviolabili communione atque obſequio erga Cathedram Beati Petri; intactâ pariter canonicâ obedientiâ Summo Pontifici Clementi XI. ejuſque legitimis Succeſſoribus exhibendâ, &c. Atque ita à me Procuratore concluſum fuit.

Hæc Concluſio lecta & confirmata fuit in Comitiis extra ordinem habitis in Scholis Fideliſſimæ Nationis die tertio Octobris anni 1718. LE VASSEUR, *Fideliſſimæ Nationis Procurator.*

## *Sententia Venerandæ Nationis Normanorum.*

Magiſter *Marinus Rouſſel*, Licentiatus Theologus, Procurator Venerandæ Nationis Normanorum, Ordinis ſui ſuffragium legit.

ANno Domini 1718. die primo Octobris, in Comitiis ordinariis Venerandæ Normanorum Nationis horâ ſeptimâ matutinâ de more habitis in Collegio Harcuriano, poſt Sacrum, ut fieri ſolet, Ego ejuſdem Venerandæ Nationis Procurator expoſui ſatis eſſe notum omnibus, Eminentiſſimum Cardinalem Noallium, Archiepiſcopum Pariſienſem, nuperis hiſce diebus Appella-

pellationem à ſe factam die tertio Aprilis anni 1717. à Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus*, in publicum emiſiſſe; Inſtrumentum illius Appellationis ad valvas Eccleſiarum & per compita affixum, diſtributum fuiſſe, venale proſtitiſſe, ac etiamnum proſtare, ideo ut nemo ſit è venerandis Tribulibus, qui illud non perlegerit; & quidem Sacram Theologiæ Facultatem in ſuis Comitiis die 26 menſis ultimò præteriti, eidem Appellationi ab Eminentiſſimo Cardinali factæ adhæſiſſe, ita tamen ut voluerit, ut in nullâ re derogaretur priori Appellationi ſuæ factæ die quintâ Martii anni 1717. Addidi præterea multas alias Secularium & Regularium Societates ſeu Communitates eidem Appellationi adhæſiſſe, remque eam non eſſe novam Venerandæ Normanorum Nationi, cùm ipſa die 12. Martii anni 1717. occaſione Appellationis ab eâdem Conſtitutione per quatuor Illuſtriſſimos Epiſcopos, Mirapiſcenſem, Senecenſem, Montiſpeſſulani, & Bolonienſem inſtitutæ, à prædictâ Conſtitutione ad Generale Concilium provocaverit. Primùm igitur poſtulavi legi & confirmari Concluſionem Venerandæ Nationis latam ſupradicto die duodecimo Martii anni 1717.

Poſt-

Poſtquam palàm ac publicè lecta eſt ex Commentariis Venerandæ Nationis ſupradicta Concluſio de Provocatione ad futurum Generale Concilium, re per me Procuratorem miſsâ in deliberationem, placuit prædictam Concluſionem diei 12. Martii anni 1717. de Provocatione ad futurum Concilium Generale à Conſtitutione *Unigenitus*, quantùm opus eſt, confirmari.

Secundo loco idem ego Procurator propoſui utrùm placeret Venerandæ Nationi adhærere Appellationi nuper promulgatæ ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio, & inſuper, pro jure Univerſitatis Pariſienſis, nomine ſuo atque ipſius Univerſitatis Provocationem inſtituere à prædictâ Conſtitutione *Unigenitus.* Re per me propoſitâ ad deliberandum, dictiſque ſententiis, placuit Venerandæ Nationi adhærere Provocationi factæ ab Eminentiſſimo Cardinali Archipræſule Pariſienſi ad futurum Concilium Generale, ita tamen ut Veneranda Natio in nulla re deroget Appellationi ſuæ factæ die 12. Martii anni 1717. Inſuper cenſuit Univerſitatem Pariſienſem pro jure ſuo, habitâ ratione materiæ de qua agitur, ac temporum, debere proprio ſuo nomine provocare à prædicta Conſtitutione, & ab

ab omnibus gravaminibus quæ exinde ſecuta vel ſecutura ſunt, ad futurum Concilium Generale liberè convocandum, in quo ſuam Provocationem defendere ac tueri poſſit. Denique Actum Provocationis factæ à Veneranda Natione, deſcribi in Commentariis Univerſitatis, poſtularique à D Officiali Eccleſiæ Pariſienſis & à Supremo Senatu Pariſienſi, ut præſens Inſtrumentum referatur in Commentarios tam Senatus quàm Officialitatis. Atque ita Ego Venerandæ Nationis Procurator concluſi.

MARINUS ROUSSEL.

## *Sententia Conſtantiſſimæ Germanorum Nationis.*

Magiſter *Marcus Sigisbertus Anthoine*, Baccalaureus Theologus, Procurator Conſtantiſſimæ Germanorum Nationis, legit ſuæ Nationis ſententiam.

ANno Domini 1718. die Sabbati primâ menſis Octobris, horâ ſeptimâ matutinâ, habita fuêre apud Mathurinenſes Comitia extraordinaria Conſtantiſſimæ Germanorum Nationis, in quibus Procurator Ornatiſſimus requiſivit.

I.

1. Ut dicta Natio confirmaret Appellationem à Conſtitutione *Unigenitus* ad futurum Concilium Generale, quam neceſſariam exiſtimaverat Univerſitas anno 1717. die 12. Martii, eademque Appellatio quamprimùm juris publici ab Univerſitate redderetur.

2. Ut Univerſitatis proprio & privato nomine à Conſtitutione *Unigenitus*, & ab iis omnibus quæ vel hactenùs acta ſunt, vel ſecutura ſunt occaſione prædictæ Conſtitutionis, appellaret ad futurum liberum Concilium Generale.

3. Ut eligeret nonnullos Deputatos, nomine Univerſitatis gratulaturos Eminentiſſimo Cardinali Noallio Pariſienſi Archiepiſcopo de indefeſsâ ipſius in tuenda fide conſtantiâ.

Præmiſſo maturo atque diligenti examine, omnibus ritè perpenſis & conſideratis, deliberavit Conſtantiſſima Natio, & ſic lata eſt Concluſio.

1. Conſtantiſſima Germanorum Natio lubentiſſimè confirmat Appellationem à Conſtitutione *Unigenitus* ad futurum Concilium Generale, quam neceſſariam judicaverat Univerſitas anno 1717. die 12. Martii; eandemque Appellationem juris publici quamprimùm fieri ab Univerſitate vehementer exoptat.

2.

Digitized by Google

2. Cùm perviderit Academiam Pariſienſem ex inſtituto ſuo & uſu perpetuo teneri veritatem omnibus poſtpoſitis defendere, doctrinæ ſanæ atque incorruptæ conſervationi invigilare, Eccleſiæ Univerſalis atque etiam Romanæ Sedis decori & ornamento pro virili parte conſulere, Cleri Gallicani Privilegia, jura Epiſcoporum, auctoritatem Principum ſacram & venerandam tueri; declarat conveniens eſſe dignitati Academiæ, ut ipſa proprio & privato nomine à Conſtitutione *Unigenitus*, & ab omnibus vel factis vel faciendis occaſione prædictæ Conſtitutionis appellet ad futurum liberum Concilium Generale, cujus decreta ſola infallibilia eſſe perſuaſiſſimum habet.

3. Deputatos nominat Ornatiſſimum Procuratorem & Venerandum Decanum Nationis, qui nomine Univerſitatis gratulentur Eminentiſſimo Cardinali Noailio Pariſienſi Archipræſuli digniſſimo, quòd luctuoſo tempore ad remedium efficaſſimum & omni modo neceſſarium confugerit, ſive ad ſacrum fidei depoſitum diligenter conſervandum, ſive ad tuendas vel Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vel morum regulas; ſive ad Cleri Gallicani aut etiam univerſalis

verſalis Eccleſiæ libertates tutandas, ſive ad prævertendum jamjam imminens Eccleſiæ ſchiſma.

4. Conſtantiſſima Natio Concluſionem hanc inſcribendam deſiderat in ſcriniis Univerſitatis & ubicumque judicatum fuerit.

Inſuper proteſtatur eadem Natio ſe unitati Eccleſiæ, cujus ſcindendæ nulla eſſe poteſt juſta neceſſitas, Cathedræ Sancti Petri centro unitatis, atque ipſi Summo Pontifici Clementi XI. ſecundûm Deum ſemper fore addictiſſimam. Et ita à me Procuratore concluſum fuit, die 1. Octobris anni 1718.

Anthoine, Procurator.

Has ubi ſuorum Ordinum Concluſiones Sapientiſſimi Ornatiſſimique Deputati mihi Scribæ Univerſitatis in manus tradiderunt ritè ſubſcriptas, inter Acta & Commentarios referendas; ſinguli tam privato ſuo quàm publico ſuorum Ordinum nomine, præſente Deo profeſſi, Pariſienſem Univerſitatem nunquam permiſſuram doceri, dici, aut ſcribi quidquam contra Canonicam ſanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, firmoque caritatis vinculo & indiviſâ communione centro unitatis Catholicæ adhæſuram, cenſuerunt inſtituendam

dam eſſe nomine Univerſitatis Appellationem ad proximè futurum Concilium Generale à Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, datâ Romæ 6. Idus Sept. 1713. decreveruntque honeſtiſſimam Magiſtrorum ex Academia Deputationem, qui gratulentur Eminentiſſimo Cardinali Noallio, quòd Appellationem ſuam interjectam die 3. Aprilis 1717. à prædicta Conſtitutione, in publicum tandem emiſerit.

Rector Ampliſſimus ſingula de more ſuffragia reſumpſit. Impensè collaudavit eorum Ordinum ſapientiam, qui ad ea, quæ ipſe die Lunæ nuper elapſo propoſuerat, ſuis in Concluſionibus addita voluerant ſigna reverentiæ cujuſdam ſingularis erga Eminentiſſimum Cardinalem Noallium, Illuſtriſſimoſque quatuor Epiſcopos Mirapiſcenſem, Senecenſem, Montiſpeſſulani, & Bolonienſem; Decere enim viros Academicos participes eſſe omnium timentium Deum. Collaudavit, quòd in Concluſione Academicâ latâ apud Maturinenſes die 12. Martii 1717. de neceſſitate Appellationis conſtanter perſeverarent. Super eâ re verò quam prædictâ die Lunæ nuper elapſâ in Comitiis propoſuerat: Quandoquidem, inquit,

omnium veſtrûm una vox & ſententia eſt, ut fiat in præſentia, nomine totius Univerſitatis, ad proximè futurum Concilium Generale Appellatio à Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus*; eaque Appellatio muniatur ſolemnitatibus omnibus aſſuetis, & honeſtiſſima Deputatio decernatur ad Eminentiſſimum Cardinalem Noallium: Ego vobiſcum ſic concludo. Quoniam autem inſtat dies Centuriatorum Comitiorum, quò ſolent omnes omnium Ordinum Magiſtri ad ſupplicandum apud Maturinenſes convenire; videtur non abs re fore, ſi præſens hæcce Deliberatio, ne quid negotio tanti momenti deſit ſolemnium, in loco majorum inſtauretur; quo ſinguli Ordines & Magiſtri, ſua ſuffragia recognoſcant, & quantum opus erit confirment. In quam Ampliſſimi Rectoris ſententiam Deputati libenter deſcenderunt.

VIEL.

ANNO Domini 1718. die Mercurii 5. menſis Octob. horâ octavâ matutinâ, celebrata ſunt centuriata Comitia Pariſienſis Univerſitatis apud Maturinenſes, locum majorum; quò rerum tractandarum gravitas incredibilem Doctorum & Magiſtrorum ex omni

ni Facultate multitudinem adduxerat. Rector Ampliſſimus ex ſuggeſto, oratione gravi & perpolitâ, ſignificavit agere ſe & habere gratias immortales Univerſitati, quæ ipſum cùm anteà beneficiis plurimis affecerat, tum nuper Ecclesiæ Parœcialis SS. Coſmæ & Damiani in hac urbe principe Paſtorem elegerat. Oſtendit, quantum fiduciæ reponendum eſſet in tutelâ Divorum illorum, quorum ad Ædem indicta ſupplicatio erat, qui dum viverent in terris, ita morbis à corpore humano depellendis incubuerant, ut potiorem gererent curam ſanandorum ab erroris ægritudine animorum: tum hortatus eſt vehementer, inſtantiores quàm unquam fundi preces ad Deum his temporibus. Ac ſenſim delabens ad Conſtitutionem *Unigenitus*, laudavit eximiam illam Ordinum omnium Academicorum in vindicandâ Religione conſenſionem. Appellationem quidem à prædictâ Conſtitutione nomine Univerſitatis, meritò dici poſſe ratam & decretam, Concluſione latâ die primo hujus menſis, ſecundùm omnium Ordinum Sententias. Optimum tamen viſum fuiſſe illam hodiernâ deliberatione recognoſci. Quantum enim ejuſmodi conſultationi gravitatis ac ponderis acceſſurum, ſi hìc,

in loco majorum, collecti in Comitium unum omnes omnium Ordinum Magiſtri, ſua ſuffragia, novâ deliberatione velint confirmata? Luctuoſum illud eſſe & peracerbum, eò res deveniſſe, ut non aliâ quàm provocationis viâ averti poſſe videatur propinquum ſchiſmatis diſcrimen, tollique è medio ſcandalum in quod peræquè & maximè ſimplices, & maximè oculati fideles impegerunt, ex quo prodiit in lucem Conſtitutio *Unigenitus*. Sed enim in Gallia noſtra, illâ occaſione, turbas quotidie magis excitari. Triumphare turbulentos quoſque perniciosarum corruptelarum doctores & patronos. Fruſtra Antiſtites è noſtris ſanctiſſimos juxtà & doctiſſimos multiplices vias iniiſſe apud Clementem XI. ut agnoſceret Decretum illud fuiſſe ipſi pravâ inſinuatione ſuggeſtum. Nihil uſquam tantâ moderatione tàmque diuturnâ patientiâ profectum fuiſſe. Quando igitur, inquit, per alienam pertinaciam non licitum eſt Pacem & Veritatem amicæ conſenſionis fœdere colligatas tueri ſimul & obſervare, Veritati periclitanti ſuppetias ferre ne dubitemus: Veritati, inquam, quæ nemini blanditur, nemini malè palpatur, quæ nullum ſeducit, quæ apertè denunciat *Væ homini illi per*

*quem*

*quem ſcandalum venit* : Veritati, cui ſubjici, à quâ vinci, nihil glorioſius eſſe prædicat D. Auguſtinus : Veritati, cujus vindicandæ causâ majores noſtri nihil non fecere, nihil non toleravere.

Nam quid ego, inquit, coram eo cœtu virorum, qui ſint in orbe toto doctrinâ ſuâ ac pietate percelebres, fuſiùs exhibeam Appellationis remedium adversùs Eccleſiaſtica mala fuiſſe centies efficaci virtute à majoribus veſtris uſurpatum, aut Pontificem Romanum Synodo generali atque Eccleſiæ ſubeſſe; quòd (ut Legati veſtri in Baſileenſi Concilio planè aſſeveraverunt) Eccleſia *errare non poſſit, Pontifex poſſit : quòd Mater illa, hic Filius : Sponſa Chriſti illa, hic tantummodò Vicarius.* At ecce, dum Pontificia Sanctio, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, ad judicium vocatur Eccleſiæ, tranſverſa occurrit alia Sanctio recentior, quam ferunt aſſixam Romæ die 8. Septembris, Literarum Pontificiarum nomen in fronte gerens, ſed intùs ſcatens intolerandis erroribus, quam Senatûs Pariſienſis Curia ſuâ jam auctoritate perculit ſuppreſſitque, quamque non dubito quin pro veſtro erga veram fidem atque antiquam Eccleſiæ diſciplinam ſtudio, ad Concilium pariter Generale, unà cum Conſtitutione

Hiſtor. Univ. Pariſ. tom. 5. p. 446.

*Unigenitus*, ſitis diſcutiendam perducturi.

ORATIONEM Ampliſſimi Rectoris excepit M. *Edmundus Pourchot*, in Conſultiſſimâ Juris utriuſque Facultate Licentiatus, Philoſophiæ Profeſſor emeritus, antiquus Rector, & Syndicus Univerſitatis, qui præfatus, ad ſe ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio miſſa fuiſſe duo exemplaria ſuæ recentis Appellationis à Literis quibuſdam per hæc verba incipientibus *Paſtoralis Officii*, Romæ affixis die octavo Septembris nuper elapſi : unus illius Appellationis exemplar mihi Scribæ tradidit in tabulario Univerſitatis aſſervandum.

Deinde dixit, Almam Studiorum Parentem, Univerſitatem Pariſienſem, à Regibus Chriſtianiſſimis inſtitutam fuiſſe non ſolùm ad excolendas ingenuas artes & diſciplinas, juventutemque omni bonarum litterarum & ſcientiarum genere informandam, ſed maximè ad tuendos puriſſimorum fidei dogmatum, ſanctioriſque morum diſciplinæ fontes ; ad Hierarchiam ſacram, Regiamque poteſtatem, quæ ſoli Divinæ in temporalibus ſubjecta eſt, propugnandam ; aſſerendoſque venerandæ Antiquitatis Eccleſiaſticæ Canones, quibus firmiter adhærens

adhærens Eccleſia Gallicana novarum Conſtitutionum jugum à ſe ſemper removit, veteremque libertatem integram & illibatam hactenus conſervavit. Inſtituti officiique ſui numquam oblitam fuiſſe Univerſitatem, certiſſimaque, quæ nobis ſuperſunt, hiſtoriarum monumenta palàm teſtari, nullis eam, quoties opus fuit, peperciſſe laboribus, ut vera & avita doctrina in Eccleſiâ Catholicâ vigeret; ut aſſererentur Regum Chriſtianiſſimorum jura, quæque ipſis lege divinâ debetur obedientia & fides, ſarta tecta remaneret. Aſſertam fuiſſe doctrinam hanc in Conciliis Conſtantienſi & Baſileenſi, propterea maximè quòd Theologi Pariſienſes, tùm qui Magiſterii Laureâ in Sacrâ Theologiæ Facultate fuerant donati, tùm qui cum illuſtri illo Nicolao Clamengio intra Præclaræ Artium Facultatis gremium conſtiterant, aliique Academici immenſas ſacræ eruditionis opes Synodis illis ſuppeditaverant. Neque minùs in Concilio Tridentino effulſiſſe illorum doctrinam, nec minorem eos à Concilii Patribus pietatis & ſcientiæ laudem retuliſſe. Mirum non eſſe ſi eximiæ quibus aliundè commendationem merebantur dotes, nimirum eruditio multiplex, ſincerus veri rectique amor, & inexpugnabilis

gnabilis probitas, plurimorum hominum contrariis doctrinis imbutorum odia in ipſos concitârint. Quandocumque enim Scriptores Curiæ Romanæ mancipati vires ſuas & artes adhibuerunt, ut Pontificiam poteſtatem non ſolùm in Eccleſiâ, verùm etiam in Imperio ultra modum extollerent, illos ab Academicis Pariſienſibus & voce & ſcriptis ſemper fuiſſe repreſſos; imò, ſi quid ipſis Romanis Pontificibus exciderit, quod vel fidei Chriſtianæ dogmatis repugnaret, vel adverſaretur Hierarchiæ ſacræ aut eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel jura Regum appeteret, iis moderatè quidem & illæsâ quam Chriſtus præcepit erga ipſos obedientiâ, ſed tamen fortiter & liberè Academicos Pariſienſes obſtitiſſe. Exemplo eſſe Joannem XXII. cùm opinionem ſuam de dilatâ beatarum mentium ad Divinæ Majeſtatis intuitum aſſumptione palàm fecit; Bonifacium VIII. cùm ſibi non errandi prærogativam, quam ſoli Eccleſiæ conceſſit Chriſtus, ſupremumque in temporalem Regum poteſtatem dominium aſſerere conatus eſt. Itaque novum non eſſe nec inauditum Univerſitatem Pariſienſem Curiæ Romanæ, illiuſque aſſeclarum molitionibus adverſari, & à Decretis Romanorum Pontificum ad Eccle-

Eccleſiam Univerſalem in Concilio libero congregatam, ſalvo unitatis vinculo, provocare. Hujus rei Acta in Commentariis Academicis legi poſſe annorum 1313. 1406. 14.3. 1416. 1595; iiſque adjici poſſe recentiora annorum 1626. 1627. 1643. 1644. 1682. 1688.

Subjunxit Syndicus Univerſitatis, non poſſe hujus temporis Academicos à majorum ſuorum veſtigiis recedere: Appellationem à Decretis Romanorum Pontificum ad Concilium Generale minimè obſtare quominùs adhæreatur ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, quæ eſt unitatis Eccleſiaſticæ Centrum; & primatus, qui jure divino Romanis Pontificibus competit, reverenter agnoſcatur. Etenim *Fidelis Deus per quem vocati ſumus in ſocietatem Filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri*, ut docet Apoſtolus Ep. 1. ad Corinth. cap. 1. verſ. 9. Quis autem ab eâ ſocietate ſeparare poſſit fideles, quandiu Chriſtianorum ſeu unctorum Domini nomen, quod à Chriſto acceperunt, in Eccleſiâ Catholicâ conſervant, capitique illius Chriſto, & Pontifici Romano Divi Petri ſucceſſori indiſſolubili nodo adhærent? Quis ab eorum ſinu ſpem illam dulciſſimam eripiat, quâ confidunt fore tandem aliquando,

quando, ut poſtquam hujus vitæ, quæ militia eſt, certaminibus fuerint Chriſti gratiâ defuncti, & ſalutis æternæ præmio donati, auguſtiſſimum Jeſu ſervatoris liberatoriſque nomen, quo tunc gloriabuntur, * perpetuis laudibus ſint celebraturi.

Igitur Academicis Pariſienſibus Chriſtianos eſſe licere & Academicos: ſive adhærere Eccleſiæ Catholicæ tanquam membra ejus corporis cujus caput eſt Chriſtus, & majorum ſuorum veſtigiis inhærendo avitam doctrinam, quam ſemper tenuit Univerſitas Pariſienſis, propugnare. Utroque hoc nomine Chriſtianorum & Academicorum, ſuam debere fidem, opem atque operam & Eccleſiæ Chriſti, & Regi ſuo, & Patriæ. Agi nunc temporis de conſervandâ fidei integritate; de retinendis Moralis Chriſtianæ & Eccleſiaſticæ diſciplinæ regulis; de aſſerendis Regiæ & Epiſcopalis dignitatis juribus ſecundùm doctrinam Eccleſiæ Gallicanæ & hujus primariæ Univerſitatis; de libertate Scholarum Catholicarum tuendâ: quæ omnia illuſtres nec minùs eruditione quàm pietate præſtantes Præſules, aliique inſignes Theologi ſcriptis ſolidiſſimis

* Legatur Ludolphus de Saxonia Carthuſianus, *Lib. de vitâ Jeſu Chriſti.* quem ſcripſit circa initium 14. Eccleſiæ ſæculi, *cap.* 10.

mis, quibus obſiſti non poteſt, demonſtrârunt ſubverti ac peſſumdari Conſtitutione illâ, quæ incipit *Unigenitus*, quam malè conſulti homines, novis ſuis figmentis, ſpretâ venerandâ antiquitate, nimiùm addicti, diuturnis artificioſiſque inſtigationibus obrepentes elicuerunt à Romano Pontifice Clemente XI. die octavo Septembris anno 1713. reclamante nec audito, & tamen audiri inſtantiſſimè flagitante ad ſui defenſionem Auctore inter hujus ævi Theologos nominatiſſimo, cujus famam doctrinamque centum & unius Propoſitionum è Commentariis illius in Novum Teſtamentum excerptarum, & contra teſtatam non ſemel ipſius ſententiam expoſitarum condemnationem probroſis dedecorantibuſque notis inuſtam eſſe voluerunt.

Hoc igitur primum eſſe gravamen, propter quod Conſtitutio, quæ incipit *Unigenitus*, ab Academicis Pariſienſibus recipi non poſſit, quòd celebris Auctor è Regis Chriſtianiſſimi ſubditis, è numero * Magiſtrorum hujus Univerſitatis, Sacerdos Pariſinus, eâ Conſtitutione,

* Anno Domini 1653. die Novembris 19. graduatus fuit in Artibus Magiſter *Paſchaſius Queſnel* Pariſinus. Ex *Commentariis Univerſitatis*.

tutione, nullis adhibitis juris ſolemnitatibus, tanquam fidei Catholicæ hoſtis traducitur; ac licet propoſitiones è ſcriptis ſuis avulſas partim truncatas eſſe, partim in alienum ſenſum detortas palàm conqueratur, neglectis illius querelis, quibus cœlum terramque conteſtatur, ſe ab iis, qui immeritò ſibi imputantur, erroribus penitus alienum eſſe, * inauditus condemnatur.

2. Propoſitiones illas acervatim & *in globo*, ut aiunt, damnatas eſſe, tanquam *falſas, captioſas, piarum aurium offenſivas... ac demum ut hæreticas reſpectivè*: adeo ut quælibet ex iis notis, ſive, ut loquuntur, *qualificationibus*, quaſdam ex illis centum & unâ *reſpiciat* Propoſitiones; ſed quænam ex iis captioſæ ſint, quænam piarum aurium offenſivæ, & quæ hæreticæ, non declarari à Romano Pontifice in illâ quæ nomine ipſius inſcribitur Conſtitutione: inde fieri ut ea non poſſit ab Epiſcopis aut aliis ad quos emiſſa eſt, concorditer cum Romano Pontifice intelligi & accipi, propterea quòd Romani Pontificis ſenſus lateat, nec à quoquam

* Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Feſtus apud D. Lucam Act. Apoſt. cap. 25. v. 16.*

quam niſi ab ipſo retegi poſſit atque revelari.

3. Plurimas ex Propoſitionibus eâdem condemnatione involutis, totidem verbis expreſſas, aut in ſacris ſcriptoribus, aut in libris Sanctorum Patrum reperiri : quod in cauſa ſit cur niſi explicationibus adhibitis, ſi tamen adhiberi queant idoneæ, non poſſit admitti Conſtitutio.

4. Explicationes illas non ſolùm ab Eminentiſſimo Cardinali Noallio Archiepiſcopo Pariſienſi, aliiſque doctrinâ & pietate inſignibus Epiſcopis, ſed etiam à Rege Chriſtianiſſimo, & Auguſtiſſimo Principe Regni Rectore Duce Aurelianenſi, toto triennio enixiſſimè fuiſſe poſtulatas, nec ullum aliud obtentum reſponſum, niſi *parendum eſſe*, Conſtitutionemque *purè & ſimpliciter* ac ſine ulla inquiſitione accipiendam. Ex eoque reſponſo ſequi.

5. Pontificem Romanum, excluſis aliis Epiſcopis, credi oportere ſolum doctrinæ Chriſtianæ judicem, eumque errori minimè obnoxium : adeòque inaniter ſe fatigaſſe Apoſtolos, cùm primum omnium Concilium Hieroſolymitanum congregârunt ; ſolum enim circa dubia, quibus angebantur Fideles, conſulendum fuiſſe Divum Petrum, &

ejus deciſioni religioſè obtemperandum: fruſtrà pariter ex omnibus Orientis & Occidentis partibus Epiſcopos ad œcumenica Concilia celebranda magnis ſumptibus laboribuſque fuiſſe identidem convocatos : quandoquidem ſoli Pontifices Romani, quos ab omni errandi periculo tutos credi oporteat, res controverſas potuiſſent auctoritate ſibi ſolis conceſſâ in tribunali ſuo definire, eaſque vel fide tenendas, vel opere implendas imperare cæteris Epiſcopis, quibus ad exequenda Pontificia judicia ſolæ obſequii partes fuiſſent relictæ. Quis autem aut Apoſtolorum conſilium improbare audeat, aut univerſalis Eccleſiæ conſuetudinem, quam ab Apoſtolis accepit, congregandi Concilia, ut exortæ quæſtiones vel circa dogmata, vel circa mores, vel circa diſciplinam, ſupremo & *irreformabili* dirimerentur judicio; omneſque Eccleſiæ Miniſtri tam ſuperiores quàm inferiores, ipſeque Romanus Pontifex, in ordinem cogerentur? Quis potiùs non doleat quòd illa conſuetudo in deſuetudinem abierit, undè Curiæ Romanæ data ſit occaſio, ut ſpecioſum illud, quod perperàm ſibi attribuit, quodque ſoli Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*, à Chriſto conceſſum

eſt,

Digitized by Google

eſt, non errandi donum ſibi arroget, ſuam ultra legitimos fines extendat potentiam, pervertat ſacrum Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordinem, ſpretis obtritiſque aliorum Epiſcoporum juribus, ſupremumque in alias Eccleſias dominatum exerceat? Ex quo deploranda magnarum Eccleſiarum ſchiſmata prodierunt, quæ, niſi remittatur ille dominatus, ad Eccleſiæ Romanæ ſinum nunquam reverſuræ videantur.

6. Inde pariter ſequi Regis Chriſtianiſſimi ſubditos *ab implendo debito erga* ipſum officio *excommunicationis etiam injuſtæ metu impediri debere*: quoniam doctrina contraria, quæ eſt Eccleſiæ Catholicæ doctrina, damnata eſt per Conſtitutionem quæ incipit *Unigenitus*, propoſitione 91.

Addidit idem Syndicus ſe cætera prætermittere quæ tum ab illuſtriſſimis Præſulibus, tum à clariſſimis Theologis notata ſunt atque animadverſa tanquam ad ſe potiſſimùm ſpectantia, circa utriuſque fœderis diſcrimen, circa Chriſti gratiæ efficaciam, circa præceptum divinæ charitatis, adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, Sacrarum Scripturarum lectionem, &c. quæ D. Petri Succeſſorem movere debuerant, ut deceſſorum ſuorum, præſertimque San-

ctorum Leonis Magni & Gregorii itidem Magni, aliorumque exemplo, tot Theologorum & Epiſcoporum juſtis expoſtulationibus & querelis ſatisfaceret. Sed Clementem Papam XI. ſe ſe ab omni erroris periculo in iis quæ quomodocumque definit, ſive de jure agatur, ſive de facto, credi velle immunem ſuaſque ſanctiones quaſi totidem Dei oracula pari religione, ſine ullo examine ab omnibus Chriſtianis, cujuſcumque ſint conditionis, admitti. In quo præſentibus Curiæ Romanæ placitis adblanditur, ſed à veteri Eccleſiæ Romanæ ipſiuſque Pontificum doctrinâ longè recedit. Nam præterquàm quòd D. Gregorius Magnus nullo modo Pontificiorum Decretorum meminit, quaſi eſſent certiſſimæ fidei regulæ, ſed tantummodò Canonum Eccleſiæ Catholicæ in Conciliis Generalibus repræſentatæ, cùm in Epiſtola ſua Synodica teſtatur ſe quatuor prima Concilia non minori reverentiâ proſequi quàm quatuor Evangelia: pervulgatum eſſe quod Alexander III. cap. *Si quando*, Extra *de Reſcriptis*, ad Archiep. Raven. ſcribit: *Aut Mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam prætendas: quia patienter ſuſtinebimus, ſi non*

*non feceris quod pravâ nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.* Et Innocentius III. cap. *A nobis* 28. Extra *de ſententia Excommunicationis*, ut oſtendat non eſſe acquieſcendum referenti niſi conſtet de relato: *Judicium Dei*, inquit, *veritati, quæ non fallit nec fallitur, ſemper innititur: judicium autem Eccleſiæ* (quantò magis Romani Pontificis) *nonnumquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpè contingit & falli.* His duobus ſcientiæ Canonicæ gloriâ florentiſſimis Pontificibus tertium accedere in Sacra Theologiæ Facultate non minùs conſpicuum, Adrianum VI. qui *Quæſtionibus* in lib. 4. Magiſtri Sententiarum, *quæſtione de Sacramento Confirmationis*, art. 3. mentem ſuam diſertiſſimè aperit his verbis: *Certum eſt quòd Pontifex poſſit errare etiam in his quæ tangunt fidem, hæreſim per ſuam determinationem aut decretalem aſſerendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici.* Hæc quidem ſcripſiſſe Adrianum cùm eſſet Doctor privatus; ſed ea, poſtquam aſſumptus fuit in Pontificem, adeo non ejuraſſe, ut typis imprimenda Romæ an. 1522. vel curaverit, vel permiſerit.

Quod verò ſpargunt Curiæ Romanæ aſſentatores Conſtitutionem, quæ incipit *Unigenitus*, ab omnibus orbis Chriſtiani

Eccleſiis fuiſſe acceptam, id tanquam à vero abhorrens inficiatus eſt Syndicus Univerſitatis. Nam illam quidem in regionibus, quas vocant *Obedientiæ*, ad Templorum valvas apponi potuiſſe ab Inquiſitionis Romanæ Miniſtris, quibus ſi repugnent earum regionum Epiſcopi, eamdem ſint ſubituri ſortem, quam expertus eſt non ita pridem Epiſcopus Ovetenſis, qui Miniſtorum illorum juſſu comprehenſus, Romam tranſlatus eſt, ubi etiamnum carcere incluſus detinetur: verùm nullo certo argumento probari poſſe Conſtitutionem illam fuiſſe uſquam ab Epiſcopis legitimè congregatis, prævio examine libero, ut juris eſt, acceptam, & ſuarum Eccleſiarum traditioni, conſulto priùs Clero, ſeu Presbyterio, conſentientem renuntiatam.

Acceptam quidem fuiſſe illam ab aliquot Epiſcopis noſtratibus, ſed tantâ ſententiarum diverſitate, ut ipſi neque inter ſe, neque cum Romano Pontifice fuerint concordes. Id tamen iis eſſe commune, quòd Conſtitutioni non acquieſcant, niſi relatione factâ ad interpretationes verborum & ſententiarum, quas ex ingenio ſuo ſubjecerunt, quæque non minùs offendunt Romani Pontificis animum, quàm eorum reſiſtentia, qui Conſtitutionem omnino reſpuunt.

Cùm

Cùm enim ea ſit Pontificis voluntas, ut Conſtitutio ſua *purè & ſimpliciter* accipiatur, non graviùs contra ipſum peccari ab iis qui Conſtitutionem rejecerint, quàm ab aliis qui eam limitatam & ſuo dumtaxat ſenſu explicatam amiſerint.

His omnibus à Syndico expoſitis in hęc verba concluſit: Jam ſinguli Univerſitatis Ordines iiſdem ferè adducti rationum momentis, quæ quatuor Illuſtres Epiſcopos Mirapiſcenſem, Senecenſem, Montiſpeſſulani, & Bolonienſem, ipſumque Eminentiſſimum Cardinalem Noallium Archiepiſcopum noſtrum, qui nobis inſtar millium eſſe debet, permoverunt, Appellationem à Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus* ad Generale Concilium neceſſariam eſſe judicaverunt.

Nihil igitur jam mihi ſupereſt, inquit, niſi ut à vobis pro meo munere poſtulem Appellationem illam, ſalvâ & retentâ cum Apoſtolicâ Sede, quæ eſt unitatis Centrum, communione; ſalvâ pariter & illæſâ, quæ ſecundùm Canones Romano Pontifici B. Petri Succeſſori debetur reverentiâ, nomine totius Univerſitatis interponi; nec tantùm à prædicta Conſtitutione, verùm etiam ab iis quæ ex illâ conſecuta ſunt aut deinceps conſequentur, ſpeciatimque à Literis

teris promulgatis Romæ die 8. Septembris poſtremò elapſi, ac Romani Pon-
1718. tificis nomine ad omnes Chriſti fideles emiſſis; rogarique Ampliſſimum Rectorem, ut unà cum Viris Academicis delegatis ad Eminentiſſimum Cardinalem Noallium Archiepiſcopum Pariſienſem ſe conferat, ipſi nomine Univerſitatis gratulaturus, quòd in vindicanda avitæ Religionis puritate, aſſerendaque Chriſtianarum Scholarum libertate, ſtrenuum ſe & invictum defenſorem exhibuerit.

Audito Syndico Univerſitatis, Rector Ampliſſimus poſtulavit iterùm deliberari de interjicienda nomine Univerſitatis ad futurum Concilium Generale Appellatione à Pontificiâ Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*: deliberari itidem de Appellatione à Literis quæ incipiunt, *Paſtoralis Officii.*

Sacra Theologiæ Facultas per Magiſtrum *Nicolaum Chaudiere* Decanum ſuum dixit, perſeverare ſe in Appellationibus ſuis ſeu adhæſionibus à ſe factis, tam die 5. Martii 1717. ad Appellationem Illuſtriſſimorum Epiſcoporum Mirapiſcenſis, Senecenſis, Montiſpeſſulani, & Bolonienſis, quàm die 26. Sept. 1718. ad Appellationem Eminentiſſimi Cardinalis Noallii: Sententiam ſuam

ſuam ſuper neceſſitate Appellationis, nomine communi Univerſitatis interponendæ, uſque & uſque confirmare: Cenſere ſe pariter, eodem Univerſitatis nomine appellandum à Literis Pontificiis, ſic incipientibus *Paſtoralis Officii*, quæ dicuntur affixæ Romæ die 8. Sept. 1718.
Decernere ſe gratulatoriam Academicorum ad Eminentiſſimum Cardinalem Noallium Deputationem.

Conſultiſſima Jurium Facultas per M. *Gaſparem Brès* Decanum ſuum dixit, velle ſe confirmatam ſuam de præſentibus negotiis ſententiam, palàm lectam & traditam in Comitiis ordinariis habitis die 1. hujus menſis.

Saluberrima Medicorum Facultas per Magiſtrum *Amandum Doüé* Decanum ſuum, ſereniſſimæ Biturigum Duciſſæ Archiatrum confirmavit emiſſum á ſe die eodem 1. Octobris ſuffragium: In hiſce omnibus ſequi ſe dixit clariſſimum lumen quod prætulit Sacra Facultas, ad quam præcipuè pertinet earum rerum cognitio.

Magiſter *Carolus Rollin*, Procurator Honorandæ Gallorum Nationis, nunquam potuit abſolvere dicendo ſententiam, ita elata ex omnibus angulis, ex omni loco, vox eſt omnium ad unum

Ma-

Magiſtrorum tam Præclaræ Artium Facultatis quàm aliarum, acclamantium, Sententias noſtras de Appellatione confirmamus, Appellamus à Conſtitutione *Unigenitus*, Appellamus à Litteris Pontificiis.

Ergo Rector ampliſſimus in tam manifeſtâ tàmque confirmata omnium Academicorum voluntate, (neque enim unus quiſquam inventus eſt, qui aliter ſentire ſe innueret) poſtquam ipſe omnium nomine decrevit honeſtiſſimam ex omni Academico ordine Deputationem ad gratulandum Eminentiſſimo Cardinali Noallio, Archiepiſcopo Pariſienſi, reſumptis ſuffragiis ſic pronunciavit:

NOS RECTOR & UNIVERSITAS STUDII PARISIENSIS ſalvâ in omnibus reverentiâ obedientiâque canonicâ, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ æternùm exhibenda, ſalvo vinculo caritatis cum eàdem Sede, quæ Centrum eſt Catholicæ unitatis: ad conſervandam Catholicæ fidei veritatem, Sanctorum Patrum doctrinam, pacem & tranquillitatem Eccleſiæ & Regni; ad vindicanda jura Epiſcoporum & ſacro-ſanctas Eccleſiæ Gal-

Gallicanæ Libertates; ad tuendam Regum noſtrorum incolumitatem; obque alias complures cauſas, tempore & loco depromendas: Ad proximum Concilium Generale liberum & legitimè congregatum appellamus nomine noſtro à Pontificiâ Conſtitutione, quæ incipit *Unigenitus Dei filius*, datâ Romæ 6. Id. Sept. 1713: Nos noſtra jura, noſtrum ſtatum, noſtros Magiſtros, Doctores, Profeſſores, Licentiatos, Baccalaureos, Scholares, Officiarios, alioſque Nobis quocumque munere aut gradu conjunctos, quicumque & ubicumque ſint, huicce noſtræ Appellationi adhærentes, ſubmittimus tutelæ & protectioni Dei omnipotentis, ac prædicti Concilii Generalis adverſùs injurias & gravamina, Nobis aut noſtris à quacumque Poteſtate, occaſione hujus Appellationis illata aut inferenda; *inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè* poſtulantes Literas dictas *Apoſtolos*. Eodem nomine noſtro, ſub iiſdem cautionibus, ad prædictum Concilium Generale appellamus à Literis Pontificiis, Romæ affixis ſexto Idus Sept. hocce anno 1718. Proteſtamur Nos ubicumque & coram quibuſlibet per noſtros

# *Fautes à corriger.*

Pag. 48. lig. 13. fervore, *liſez* fervere.

P. 181. lig. 14. ôtez la virgule aprés dilexit.

P. 182. lig. 30. latos, *liſez* lætos.

P. 185. lig. 9. felicitas, *peut-être faut-il lire* facilitas.

P. 198. effacez &, qui eſt à la fin de la ligne 25.

P. 201. lig. 15. neceſſarin, *liſez* neceſſaria.

P. 229. lig. 8. commendamus, *liſez* commendabilis.

P. 236. lig. 6. ôtez le point aprés *conſolantur*, & mettez y une virgule.

P. 240. lig. 6. *purientes*, liſez *prurientes.*

P. 247. lig. 20. aprés le mot *ſitivit*, mettez *niſi* au lieu de *non.*

P. 256. dans le titre liſez *Recueil des Piéces, &c.*

Là même, lig. 3. Sphera, *liſ.* Sphæra.

P. 259. lig. 21. per magnis, *liſez* permagnis

P. 261. lig. 1. *landem*, liſ. *laudem.*

P. 262. lig. 4. *Pariſienſis*, liſ. *Pictavienſis.*

P. 264. lig. 5. eleboratum *liſez* elaboratum.

P. 266. lig. 12. ſectiſſimo *liſez* ſelectiſſimo.

M

P. 267. lig. 3. aprés *commendare* ôtez le point.

P. 271. *Il faut ajoûter àla note* d : Ces Propoſitions ſont extraites des Cahiers du P. Andry, & enſeignées en 1716.

P. 272. lig. 2. de la note, au lieu de ces mots, *qu'on ne peut, &c:* liſez *que les Religieux ne ſont obligés d'obéir aux Statuts des Evêques que par une équité naturelle, qui demande qu'ils obſervent l'uniformité avec les autres.*

P. 274. lig. 16. ôtez la virgule qui eſt aprés le Roux.

P. 297. lig. 29. aprés ces mots, *Princes du Sang*, mettez *aux premiers Magiſtrats, & à toutes les perſonnes de la premiere conſideration, & d'en envoyer, &c.*

P. 309. lig. 26. numeratus *liſez* memoratus.

P. 359. lig. 11. au lieu de 20. *liſ.* 25.

P. 362. lig. 9. *aprés ces mots* ſalutis unam, *on lit dans quelques Exemplaires de l'Univerſité, au lieu des ſix lignes ſuivantes, celles-cy*, jam inde à primis temporibus monſtratam, & in ſæculis deinceps omnibus initam, ut ad ſupremum Eccleſiæ Tribunal confugiatur, cui, &c.

389. l. 2. gloriofius, *liſez* glorioſiſſimum eſſe.

Digitized by Google

# TABLE

## *Des Piéces contenuës dans le Recueil.*

SAnctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Regni Galliarum, datæ die 20. Novembris, 1716. p. 3.

Sanctiſſimi D. noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. ſuſpenſio Privilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum Facultati Sacræ Theologiæ Pariſienſis ad Sanctitatis ſuæ, & ejuſdem Sedis beneplacitum. p. 18.

Premiere Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques, p. 29.

Autre Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques. p. 30.

Lettre des trois Cardinaux Chefs d'Ordre, à M. le Cardinal de Noailles, p. 31.

Lettre de M. le Premier Preſident du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 40.

Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M. de Gaufridy, Avocat General au Parlement d'Aix, p. 41.

Lettre de M. de Gaufridy, Avocat General du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 44.

Lettre de M. l'Abbé Gaſtaud, Avocat au Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 46.

Declaration du F. Delafont ſur une Propoſition ... dans ſa Mineure, p. 48.

M 2

P. 267. lig. 3. aprés *commendare* ôtez le point.

P. 271. *Il faut ajoûter à la note* d: Ces Propoſitions ſont extraites des Cahiers du P. Andry, & enſeignées en 1716.

P. 272. lig. 2. de la note, au lieu de ces mots, *qu'on ne peut, &c:* liſez *que les Religieux ne ſont obligés d'obéir aux Statuts des Evêques que par une équité naturelle, qui demande qu'ils obſervent l'uniformité avec les autres.*

P. 274. lig. 16. ôtez la virgule qui eſt aprés le Roux.

P. 297. lig. 29. aprés ces mots, *Princes du Sang*, mettez *aux premiers Magiſtrats, & à toutes les perſonnes de la premiere conſideration, & d'en envoyer, &c.*

P. 309. lig. 26. numeratus *liſez* memoratus.

P. 359. lig. 11. au lieu de 20. *liſ.* 25.

P. 362. lig. 9. *aprés ces mots* ſalutis unam, *on lit dans quelques Exemplaires de l'Univerſité, au lieu des ſix lignes ſuivantes, celles-cy*, jam inde à primis temporibus monſtratam, & in ſæculis deinceps omnibus initam, ut ad ſupremum Eccleſiæ Tribunal confugiatur, cui, &c.

389. l. 2. glorioſius, *liſez* glorioſiſſimum eſſe.

# TABLE

## *Des Piéces contenuës dans le Recueil.*

SAnctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Regni Galliarum, datæ die 20. Novembris, 1716. p. 3.

Sanctiſſimi Dr noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. ſuſpenſio Privilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum Facultati Sacræ Theologiæ Pariſienſis ad Sanctitatis ſuæ, & ejuſdem Sedis beneplacitum. p. 18.

Premiere Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques, p. 29.

Autre Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques. p. 30.

Lettre des trois Cardinaux Chefs d'Ordre, à M. le Cardinal de Noailles, p 31.

Lettre de M. le Premier Preſident du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p 40.

Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M. de Gaufridy, Avocat General au Parlement d'Aix, p. 41.

Lettre de M. de Gaufridy, Avocat General du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 44.

Lettre de M l'Abbé Gaſtaud, Avocat au Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p 46.

Declaration du F. Delafont ſur une Propoſition miſe dans ſa Mineure, p. 48.

Cenſura Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis adverſus Propoſitiones excerptas è Codicibus M. le Roux, p 52.
Declaratio Doctrinæ Sacræ Facultatis, p 67.
Cenſure des Propoſitions de M. le Roux, par la Faculté de Paris, p. 70.
Declaration de la Doctrine de la ſacrée Faculté, p. 80.
Ex Charta depoſita à M. le Roux ad menſam actuarii in Comitiis in ejus cauſa habitis die 19. Sepembris 1716. p. 83.
Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M le Roux, p. 86.
Extrait de la Théſe de M. Philippe, p 88.
Liſte des Propoſitions extraites de la Théſe ſoûtenuë par Frere Bonaventure Hutchinſon chez les Recollets Anglois de Doüai le 16. Juillet 1716. p. 89.
Lettre de la Faculté de Théologie de Reims, à celle de Paris, p. 96.
Signification faite à M. le Roux, p. 102.
Diſcours de M l'Abbé de Gontaut, alors Chantre de Nôtre Dame, à M. le Cardinal de Noailles, à l'occaſion du Sermon du P. de la Ferté, Jeſuite. p. 103.
Interdit ſignifié aux Jeſuites, p. 104.
Reſcriptum Eminentiſſimi Cardinalis Paolucci, p. 108.
Lettre de la Faculté de Théologie de Paris à celle de Reims, p. 109.
Lettre de la Faculté de Théologie de Nantes, à celle de Paris, p 114.
Réponſe de la Faculté de Théologie de Paris à la Lettre precedente, p. 117.
Decret de l'Univerſité de Caen, p. 123.
Lettre de M. le Recteur de l'Univerſité de Caen à M. le Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 128.

Inſtru-

directâ in temporalia Regum poteſtate. Modus concedendorum, & obtinendorum beneficiorum Eccleſiaſticorum magis cognitus, alius antiquior, alius recentior, prior Catholicâ & diſertâ Eccleſiæ univerſalis definitione probatus & longo uſu conſecratus: poſterior non ſine graviſſimis omnium ordinum querelis inductus: undè non mirum ſi in eorum qui Conciliorum generalium ſupremam authoritem agnoſcunt & antiquos Eccleſiæ uſus venerantur, in votis ſit ut Eccleſiæ univerſalis ſanctio ſervatis ſervandis redintegretur.

Eccleſiæ quæ juxta S. Cyprianum eſt plebs Sacerdoti adunata, eſſentialiter conſtat ex Paſtoribus & ovibus, Epiſcopatus unus eſt, cujus pars in ſolidum à ſingulis Epiſcopis ſuam juriſdictionem immediatè à Chriſto habentibus tenetur. Epiſcopi ſunt jure divino doctrinæ judices, iidem & fidei teſtes, ſed non ſoli, ſuas namque in depoſito fidei partes habet clerus, ſuoque ordine populus. Primo Paſtores ad paſcendam gregem ſub Epiſcopis & ſimul cum Epiſcopis à Chriſto conſtituti ſunt, in pluribus Conciliis ſententiam ſuam dixiſſe leguntur. Secundo plebs acceptæ fidei ſuum teſtimonium debet; duplex ad hæreticos revincendos methodus, alia præſcriptionis, diſcuſſionis altera, naſ-

centi hæreſi confodiendæ ſufficit præſcriptio. At cum hæreſis ſævo progreſſu jam quaſdam infecit Eccleſias, verbi gratiâ in causâ Arianorum, tunc diſcuſſio inſtituenda eſt. Porrò hæc inſtituitur vel in Concilio œcumenico vel extrà (neque enim ad damnationem cujuſlibet hæreſeosConcilium generale neceſſario requiritur) ſi error extra Concilii œcumenici ſacrarium ſit præfocandus, 1. quæſtio primum expendenda eſt in eâ provinciâ in qua nata eſt juxta æquiſſimos Eccleſiæ Africanæ canones, undè ſi quæ definitio in alio tribunali etiam Romano fuiſſet condita, licitum eſſet Epiſcopis eam reſpuere, ſi quid vitii in ipſâ deprehenderent, imò & ad Concilium generale provocare. Hæc erroneas ſi quæ fortè irrepſerint, Romanas definitiones rejiciendi via non ſolum Patribus non eſt inaudita, ſed certis quibuſdam in circumſtantiis ita neceſſaria, ut aliter ab erroris labe Eccleſia non poſſit vindicari.

SEcundo ſi error teneri impatiens judicio Provinciæ vel regni non poſſit comprimi, ſed orbis judicium requiratur, primo non ſufficit ut ſinguli Epiſcopi ſeorſim poſiti vel rem ſoli æſtiment, credendamque proponant, ſed convenit ut in toto orbe habeantur Synodi ſpeciales, ſive Nationales, ſive Provinciales,

ſecundo in his Synodis ſpecialibus ſi clara ac primaria agitetur fidei quæſtio, verbi gratia de neceſſitate gratiæ nullis ſævientibus perſecutionum tempeſtatibus, auditiſque erroris vindicibus, certo certius eſt hæreſim enaſcentem unanimi omnium conſenſu ſtrenuè compreſſum iri, nec enim tum habenda eſt ratio paucorum ſi qui ſint refragatorum Epiſcoporum qui avitæ fidei obſtinati proditores ab Eccleſia Catholica ſe ſe jungunt. Unde ſtat immota hæreſeos Pelagianæ damnatio, quæ conſpirante Oriente ſimul & Occidente fuit edita, etiam ſi reclamitarint 18. totum per orbem hæretici Epiſcopi. Tertio at verò ſi graviſſimæ irruerent perſecutionum procellæ vel moverentur reconditæ quæſtiones, licet totum corpus Paſtorum non deficeret, major tamen Epiſcoporum numerus in errorem poſſet prolabi, nec ullum inde viſibilitati indefectibilitatique Eccleſiæ periculum foret, vigeret enim ſemper in Eccleſia vivâ Traditione ſacrum fidei depoſitum, quod integrum tunc perhiberent multi, licet numero minores Epiſcopi cum impoſita nube innumerorum teſtium.

QUarto cum agitur de quæſtionibus reconditis & ſecundariis utiliſſimum eſt interrogare Academias & conſulere Facultates. Quinto denique ſi in his Synodis ſpecialibus, vel ob vim perſe-

Magiſtrorum tam Præclaræ Artium Facultatis quàm aliarum, acclamantium, Sententias noſtras de Appellatione confirmamus, Appellamus à Conſtitutione *Unigenitus*, Appellamus à Litteris Pontificiis.

Ergo Rector ampliſſimus in tam manifeſtâ tàmque confirmata omnium Academicorum voluntate, (neque enim unus quiſquam inventus eſt, qui aliter ſentire ſe innueret) poſtquam ipſe omnium nomine decrevit honeſtiſſimam ex omni Academico ordine Deputationem ad gratulandum Eminentiſſimo Cardinali Noallio, Archiepiſcopo Pariſienſi, reſumptis ſuffragiis ſic pronunciavit:

NOS RECTOR & UNIVERSITAS STUDII PARISIENSIS ſalvâ in omnibus reverentiâ obedientiâque canonicâ, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ æternùm exhibenda, ſalvo vinculo caritatis cum eâdem Sede, quæ Centrum eſt Catholicæ unitatis: ad conſervandam Catholicæ fidei veritatem, Sanctorum Patrum doctrinam, pacem & tranquillitatem Eccleſiæ & Regni; ad vindicanda jura Epiſcoporum & ſacro-ſanctas Eccleſiæ Gal-

Gallicanæ Libertates; ad tuendam Regum noſtrorum incolumitatem; obque alias complures cauſas, tempore & loco depromendas: Ad proximum Concilium Generale liberum & legitimè congregatum appellamus nomine noſtro à Pontificiâ Conſtitutione, quæ incipit *Unigenitus Dei filius*, datâ Romæ 6. Id. Sept. 1713: Nos noſtra jura, noſtrum ſtatum, noſtros Magiſtros, Doctores, Profeſſores, Licentiatos, Baccalaureos, Scholares, Officiarios, alioſque Nobis quocumque munere aut gradu conjunctos, quicumque & ubicumque ſint, huicce noſtræ Appellationi adhærentes, ſubmittimus tutelæ & protectioni Dei omnipotentis, ac prædicti Concilii Generalis adverſùs injurias & gravamina, Nobis aut noſtris à quacumque Poteſtate, occaſione hujus Appellationis illata aut inferenda; *inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè* poſtulantes Literas dictas *Apoſtolos*. Eodem nomine noſtro, ſub iiſdem cautionibus, ad prædictum Concilium Generale appellamus à Literis Pontificiis, Romæ affixis ſexto Idus Sept. hocce anno 1718. Proteſtamur Nos ubicumque & coram quibuſlibet per noſtros

## *Fautes à corriger.*

Pag. 48. lig. 13. fervore, *liſez* fervere.

P. 181. lig. 14. ôtez la virgule aprés dilexit.

P. 182. lig. 30. latos, *liſez* lætos.

P. 185. lig. 9. felicitas, *peut-être faut-il lire* facilitas.

P. 198. effacez &, qui eſt à la fin de la ligne 25.

P. 201. lig. 15. neceſſarin, *liſez* neceſſaria.

P. 229. lig. 8. commendamus, *liſez* commendabilis.

P. 236. lig. 6. ôtez le point aprés *conſolantur*, & mettez y une virgule.

P. 240. lig. 6. *purientes*, liſez *prurientes*.

P. 247. lig. 20. aprés le mot *ſitivit*, mettez *niſi* au lieu de *non*.

P. 256. dans le titre liſez *Recueil des Piéces, &c.*

Là même, lig. 3. Sphera, *liſ.* Sphæra.

P. 259. lig. 21. per magnis, *liſez* permagnis

P. 261. lig. 1. *landem*, liſ. *laudem*.

P. 262. lig. 4. *Pariſienſis*, liſ. *Pictavienſis*.

P. 264. lig. 5. eleboratum *liſez* elaboratum.

P. 266. lig. 12. ſectiſſimo *liſez* ſelectiſſimo. M

Digitized by Google

P. 267. lig. 3. aprés *commendare* ôtez le point.

P. 271. *Il faut ajoûter à la note* d : Ces Propoſitions ſont extraites des Cahiers du P. Andry, & enſeignées en 1716.

P. 272. lig. 2. de la note, au lieu de ces mots, *qu'on ne peut, &c*: liſez *que les Religieux ne ſont obligés d'obéir aux Statuts des Evêques que par une équité naturelle, qui demande qu'ils obſervent l'uniformité avec les autres.*

P. 274. lig. 16. ôtez la virgule qui eſt aprés le Roux.

P. 297. lig. 29. aprés ces mots, *Princes du Sang*, mettez *aux premiers Magiſtrats, & à toutes les perſonnes de la premiere conſideration, & d'en envoyer, &c.*

P. 309. lig. 26. numeratus *liſez* memoratus.

P. 359. lig. 11. au lieu de 20. *liſ.* 25.

P. 362. lig. 9. *aprés ces mots* ſalutis unam, *on lit dans quelques Exemplaires de l'Univerſité, au lieu des ſix lignes ſuivantes, celles-cy*, jam inde à primis temporibus monſtratam, & in ſæculis deinceps omnibus initam, ut ad ſupremum Eccleſiæ Tribunal confugiatur, cui, &c.

389. l. 2. glorioſius, *liſez* glorioſiſſimum eſſe.

# TABLE

## *Des Piéces contenuës dans le Recueil.*

SAnctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Regni Galliarum, datæ die 20. Novembris, 1716. p. 3.

Sanctiſſimi D. noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. ſuſpenſio Privilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum Facultati Sacræ Theologiæ Pariſienſis ad Sanctitatis ſuæ, & ejuſdem Sedis beneplacitum. p. 18.

Premiere Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques, p. 29.

Autre Lettre Circulaire des Agens du Clergé de France, aux Evêques. p. 30.

Lettre des trois Cardinaux Chefs d'Ordre, à M. le Cardinal de Noailles, p 31.

Lettre de M. le Premier Preſident du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p 40.

Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M. de Gaufridy, Avocat General au Parlement d'Aix, p. 41.

Lettre de M. de Gaufridy, Avocat General du Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 44.

Lettre de M. l'Abbé Gaſtaud, Avocat au Parlement d'Aix, à M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p 46.

Declaration du F. Delafont ſur une Propoſition miſe dans ſa Mineure, p. 48.

M 2

Cenſura Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis adverſus Propoſitiones excerptas è Codicibus M. le Roux, p. 52.
Declaratio Doctrinæ Sacræ Facultatis, p. 67.
Cenſure des Propoſitions de M. le Roux, par la Faculté de Paris, p. 70.
Declaration de la Doctrine de la ſacrée Faculté, p. 80.
Ex Charta depoſita à M. le Roux ad menſam actuarii in Comitiis in ejus cauſa habitis die 19. Septembris 1716. p. 83.
Lettre de M. Ravechet, Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, à M. le Roux, p. 86.
Extrait de la Théſe de M. Philippe, p. 88.
Liſte des Propoſitions extraites de la Théſe ſoûtenuë par Frere Bonaventure Hutchinſon chez les Recollets Anglois de Doüai le 16. Juillet 1716. p. 89.
Lettre de la Faculté de Théologie de Reims, à celle de Paris, p. 96.
Signification faite à M. le Roux, p. 1[illegible]2.
Diſcours de M. l'Abbé de Gontaut, alors Chantre de Nôtre Dame, à M. le Cardinal de Noailles, à l'occaſion du Sermon du P. de la Ferté, Jeſuite. p. 103.
Interdit ſignifié aux Jeſuites, p. 104.
Reſcriptum Eminentiſſimi Cardinalis Paolucci, p. 108.
Lettre de la Faculté de Théologie de Paris à celle de Reims, p. 109.
Lettre de la Faculté de Théologie de Nantes, à celle de Paris, p. 114.
Réponſe de la Faculté de Théologie de Paris à la Lettre precedente, p. 117.
Decret de l'Univerſité de Caen, p. 123.
Lettre de M. le Recteur de l'Univerſité de Caen à M. le Syndic de la Faculté de Théologie de Paris, p. 128.

Inſtru-

directâ in temporalia Regum poteſtate. Modus concedendorum, & obtinendorum beneficiorum Eccleſiaſticorum magis cognitus, alius antiquior, alius recentior, prior Catholicâ & diſertâ Eccleſiæ univerſalis definitione probatus & longo uſu conſecratus: poſterior non ſine graviſſimis omnium ordinum querelis inductus: undè non mirum ſi in eorum qui Conciliorum' generalium ſupremam authoritem agnoſcunt & antiquos Eccleſiæ uſus venerantur, in votis ſit ut Eccleſiæ univerſalis ſanctio ſervatis ſervandis redintegretur.

ECcleſiæ quæ juxta S. Cyprianum eſt plebs Sacerdoti adunata, eſſentialiter conſtat ex Paſtoribus & ovibus, Epiſcopatus unus eſt, cujus pars in ſolidum à ſingulis Epiſcopis ſuam juriſdictionem immediatè à Chriſto habentibus tenetur. Epiſcopi ſunt jure divino doctrinæ judices, iidem & fidei teſtes, ſed non ſoli, ſuas namque in depoſito fidei partes habet clerus, ſuoque ordine populus. Primo Paſtores ad paſcendam gregem ſub Epiſcopis & ſimul cum Epiſcopis à Chriſto conſtituti ſunt, in pluribus Conciliis ſententiam ſuam dixiſſe leguntur. Secundo plebs acceptæ fidei ſuum teſtimonium debet; duplex ad hæreticos revincendos methodus, alia præſcriptionis, diſcuſſionis altera, naſ-

centi hæreſi confodiendæ ſufficit præſcriptio. At cum hæreſis ſævo progreſſu jam quaſdam infecit Eccleſias, verbi gratiâ in causâ Arianorum, tunc diſcuſſio inſtituenda eſt. Porrò hæc inſtituitur vel in Concilio œcumenico vel extrà (neque enim ad damnationem cujuſlibet hæreſeos Concilium generale neceſſario requiritur) ſi error extra Concilii œcumenici ſacrarium ſit præfocandus, 1. quæſtio primum expendenda eſt in eâ provinciâ in qua nata eſt juxta æquiſſimos Eccleſiæ Africanæ canones, undè ſi quæ definitio in alio tribunali etiam Romano fuiſſet condita, licitum eſſet Epiſcopis eam reſpuere, ſi quid vitii in ipſâ deprehenderent, imò & ad Concilium generale provocare. Hæc erroneas ſi quæ fortè irrepſerint, Romanas definitiones rejiciendi via non ſolum Patribus non eſt inaudita, ſed certis quibuſdam in circumſtantiis ita neceſſaria, ut aliter ab erroris labe Eccleſia non poſſit vindicari.

SEcundo ſi error teneri impatiens judicio Provinciæ vel regni non poſſit comprimi, ſed orbis judicium requiratur, primo non ſufficit ut ſinguli Epiſcopi ſeorſim poſiti vel rem ſoli æſtiment, credendamque proponant, ſed convenit ut in toto orbe habeantur Synodi ſpeciales, ſive Nationales, ſive Provinciales,

ſecundo in his Synodis ſpecialibus ſi clara ac primaria agitetur fidei quæſtio, verbi gratia de neceſſitate gratiæ nullis ſævientibus perſecutionum tempeſtatibus, auditiſque erroris vindicibus, certo certius eſt hæreſim enaſcentem unanimi omnium conſenſu ſtrenuè compreſſum iri, nec enim tum habenda eſt ratio paucorum ſi qui ſint refragatorum Epiſcoporum qui avitæ fidei obſtinati proditores ab Eccleſia Catholica ſe ſe jungunt. Unde ſtat immota hæreſeos Pelagianæ damnatio, quæ conſpirante Oriente ſimul & Occidente fuit edita, etiam ſi reclamitarint 18. totum per orbem hæretici Epiſcopi. Tertio at verò ſi graviſſimæ irruerent perſecutionum procellæ vel moverentur reconditæ quæſtiones, licet totum corpus Paſtorum non deficeret, major tamen Epiſcoporum numerus in errorem poſſet prolabi, nec ullum inde viſibilitati indefectibilitatique Eccleſiæ periculum foret, vigeret enim ſemper in Eccleſia vivâ Traditione ſacrum fidei depoſitum, quod integrum tunc perhiberent multi, licet numero minores Epiſcopi cum impoſita nube innumerorum teſtium.

QUarto cum agitur de quæſtionibus reconditis & ſecundariis utiliſſimum eſt interrogare Academias & conſulere Facultates. Quinto denique ſi in his Synodis ſpecialibus, vel ob vim perſe-

cutionis, vel ob quæſtionum obſcuritatem aliter atque aliter definiretur ut contigit in causâ rebaptiſantium ætate ſancti Cypriani, certa tunc non foret fidei definitio quandiu de ea inter Epiſcopos controverteretur. Unde in hac hypotheſi iſta res tantis altercationum nebulis involuta ad plenarii Concilii luculentam illuſtrationem, confirmationemque perducenda foret. Porrò ſi in Synodo œcumenica ad lumen Scripturæ & Traditionis liberè diſcutitur fidei quæſtio, infallibili judicio vindicabitur veritas, ut autem infallibile habeatur hujus Concilii judicium, requiritur totius Eccleſiæ acceptatio. Et licet cum agitabitur quæſtio, plures varia ſentientes occurrant, poſſibile tamen non eſt quin omnes tandem in unum conſentiant, exceptis forte uno vel duobus Eccleſiæ unitatem ſic ſcindentibus ut Theona & Secundo in Concilio Nicæno, unde ſtat inconcuſſa omnium hæreſeos Arianæ, verbi gratia Macedonianæ, &c. Lutheranæ, Calvinianæque à Conciliis generalibus edita damnatio. Tribus autem potiſſimum in occaſionibus Synodus œcumenica debet congregari. Primo cum Eccleſiæ circa quoddam fidei caput maximè diſſentiunt. Secundo cum Concilium generale quod convocatione erat legitimum ſubinde per vim apertam in Latrocinium defecit. Tertio cum reformatio facienda eſt in Eccleſia. Sic ſummâ religione depoſitum cuſtodiendum, hoc continetur in Traditione & Scriptura, *quod eſt teſtimonium Domini fidele.*

III. Partie. P. 188. lig. 21. du 16. *liſez* du 1.

III. Partie. P. 234. *ajoûtez au commencement de la* 8. *ligne ces mots*, Le lendemain 27. Septembre.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google